Source: Aristotle, *Meta.,* Ill, 2 [999a 6-10]; *Eth.,* I, 2 [1096a 17-23].

[7] *De Ver.,* 3, 7, *c.*

Dicendum, quod Plato, qui primus introduxit ideas,1 non posuit ideas accidentium, sed solum substantiarum? ut patet per Philosophum in I Metaphys. Cuius ratio fuit, quia Plato posuit ideas esse proximas causas

rerum;' unde illud cui inveniebat proximam causam praeter ideam, non ponebat habere ideam;4 et inde est quod ponebat, in his quae dicuntur per prius et posterius, non esse communem ideam, sed primum esse ideam secundi.4 Hanc etiam opinionem tangit Dionysius imponens eam cuidam Clementi Philosopho, qui dicebat, superiora in entibus esse inferiorum exemplaria; et hac ratione, cum accidens immediate a substantia causetur, accidentium ideas Plato non posuit.2... Si autem large accipiamus ideam pro similitudine, sic utraque accidentia habent ideam distinctam in Deo, quia per se distincte considerari possunt; unde et Philosophus dicit in I Metaphysic., quod quantum ad rationem sciendi, accidentia debent habere ideam sicut et substantiae; sed quantum ad alia, propter quae Plato ponebat ideas, ut scilicet essent causae generationis et essendi,3 ideae videntur esse substantiarum tantum.2

Source: 1. St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
2. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [990b 27-29].
3. *Ibid.* [991b 3-5]; cf. *De Gen. et Cor.,* I, 9 [335b 9-16]: 'Sed hi quidem sufficientem existimaverunt causam esse ad generari specierum naturam; quemadmodum in Phaedone Socrates. Etenim ille, increpans alios quasi nihil dixissent, supponit quoniam entium haec quidem species, haec autem participativa specierum, et quoniam esse quidem unumquodque dicitur secundum speciem, generari autem secundum susceptionem et corrumpi secundum abjectionem, qua propter si haec vera sunt species existimant ex necessitate causas esse generationis et corruptionis.' [Spiazzi].
4. Aristotle, *Meta.,* III, 2 [999a 6-10]; *Elh.,* I, 2 [1096a 17-23].

[8] *De Ver.,* 3, 8, *c.*

Dicendum, quod Plato non posuit ideas singularium, sed specierum tantum;1 cuius duplex fuit ratio.

Una, quia, secundum ipsum, ideae non erant factivae materiae, sed formae tantum in his inferioribus. Singularitatis autem principium est materia; secundum formam vero unumquodque singularium collocatur in specie; et ideo idea non respondet singulari inquantum singulare est, sed ratione speciei tantum.2

Alia ratio esse potuit, quia idea non est nisi eorum quae per se sunt intenta, ut ex dictis, art. praec., patet. Intentio autem naturae est principaliter ad speciem conservandam; unde, quamvis generatio terminetur ad hunc hominem, tamen intentio naturae est quod generet hominem. Et propter hoc etiam Philosophus dicit in XVIII de Animalibus, quod in accidentibus specierum sunt assignandae causae finales, non autem in accidentibus singularium, sed efficientes et materiales tantum; et ideo idea non respondet singulari, sed speciei. Et eadem ratione Plato non ponebat ideas generum, quia intentio naturae non terminatur 'ad productionem formae generis, sed solum formae speciei.3

Source: 1. The entire presentation of the *Metaphysics* of Aristotle makes ideas of singulars impossible. (Cf. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].)
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [988a 8-13].
3. See *Source* under *In Meta.* [148].

[9] Z>« K«r., 4, 6, *sed contra* (2) and *ad* 2 *(in contra)*

Praeterea, sicut posuit Plato ideas rerum esse extra mentem divinam,[1] ita nos in mente divina ponimus eas. Sed secundum Platonem, verius erat homo separatus, homo, quam homo materialis; unde hominem separatum per se hominem nominabat.[2] Ergo et secundum positionem fidei verius sunt res in Verbo quam sint in seipsis.

Ad secundum dicendum, quod Plato in hoc reprehenditur quod posuit formas naturales secundum propriam rationem esse praeter materiam, ac si materia accidentaliter se haberet ad species naturales;[3] et secundum hoc species naturales vere praedicari possent de his quae sunt sine materia. Nos autem hoc non ponimus; et ideo non est simile.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* III, 1 [995b 30-31]: 'Et utrum animal aut homo principium et magis est quam singulare.' St. Thomas *(In* III *Meta.,* 3 [C 356]): *... qui est principium secundum Platonicos, et magis vere existens quam singulare.'
3. Aristotle, *Meta.,* VII, 10 [1036a 26 - 1037b 7].

[10] *De Ver.,* 5, 9, *c.*

Unde et alii, scilicet Platonici, reduxerunt in formas simplices et separatas, sicut in prima principia: ex quibus, ut dicebant, erat esse et generatio in istis inferioribus, et omnis proprietas naturalis.[1] Sed hoc non potest stare. A causa enim eodem modo se habente est effectus eodem modo se habens: formae autem illae ponebantur esse immobiles: unde oporteret ut semper generatio ab eis esset uniformiter in istis inferioribus; contrarium tamen videmus ad sensum.[2]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991b 2-3].
2. St. Thomas states this argument *In I Meta.,* 15 [C 226] and refers (Cujus rationem hic non dicit sed *superius tetigit,* quia videlicet ideae *non introducebantur* propter motum, sed magis propter immobilitatem) apparently to Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29 - b 20].

[11] *De Ver.,* 8, 9, *c.*

Unde si angeli intellectus a rebus materialibus formas aliquas acciperet, oporteret habere angelum potentias sensitivas, et ita habere corpus naturaliter sibi unitum. Unde eiusdem sententiae esse videtur angelos esse animalia, ut quidam Platonici posuerunt, et eos a rebus materialibus formas accipere; quod auctoritati sanctorum et rectae rationi repugnat.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 13 [A, B]; 14 [A]; 16 [A]; IX, 2 [B]; 8 [A]; 12 [A]; X, 1 [C].

[12] *De Ver.,* 10, 6, *c.*

Quidam enim, ut Platonici, posuerunt formas rerum sensibilium esse a materia separatas,[1] et sic esse intelligibiles actu,[2] et per earum participationem a materia sensibili effici individua in natura;[3] earum vero participatione humanas mentes scientiam habere.[4] Et sic ponebant praedictas formas esse principium generationis et scientiae,[5] ut Philosophus narrat in I Metaph.

Sed haec positio a Philosopho sufficienter reprobata est; qui ostendit quod non est ponere formas sensibilium rerum nisi in materia sensibili,

cum etiam nec sine materia sensibili in universali formae universales intelligi possint, sicut nec simus sine naso."

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [978b 1-18].
2. For St. Thomas, an obvious inference from the immateriality of the Ideas. Cf. *S. T.,* I, 79, 3, *c.*
3. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 13-15 [1038b 1 - 1041a 5].
4. See *Source* 2 under *S. T.* [56].
5. *Generation:* Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 8-11]; *knowledge: ibid.* [987b 1-8; 991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
6. Aristotle, *Meta.,* VII, 10 [1034b 20 - 1035b 3]; VIII, 1-2 [1043a 29 - b 14],

[13] *De Ver.,* 10, 13, *arg.* 9
Item Augustinus narrat X de Civitate Dei quod Porphyrius philosophus posuit Deum Patrem, et Filium ab eo genitum; et in libro Confessionum II dicit, quod in libris quibusdam Platonis invenit hoc quod scriptum est in principio Evangelii loannis: 'In principio erat Verbum', usque 'Verbum caro factum est' exclusive; in quibus verbis manifeste ostenditur distinctio personarum.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 23; *Conf.,* VII, 9. See also *Source* under *In Sent.* [2].

[14] *De Ver.,* 12, 5, *arg.* 5
Praeterea, sicut Plato dicit, 'optimi est optima adducere.' Sed prophetia convenientius est in homine bono quam in malo. Ergo cum Deus sit optimus, nunquam malis donum prophetiae dabit.

Source: See *Source* under *In Sent.* [9].

[15] *De Ver.,* 18, 7, *c.*
Quidam enim, ut Platonici, posuerunt quod anima ad corpus venit plena omnibus scientiis, sed nube corporis opprimitur, et impeditur ne scientia habita libere uti possit nisi quantum ad quaedam universalia; sed postmodum per exercitium studii et sensuum, huiusmodi impedimenta tolluntur, ut libere sua scientia uti possit: et sic discere dicunt esse idem quod reminisci.[1]

Quod si haec opinio vera esset, tunc oporteret dicere, quod pueri mox nati in statu innocentiae omnium scientiam habuissent, quia corpus illud in statu innocentiae illo erat omnino subditum animae, quia per molem corporis non potuisset anima ita opprimi ut suam perfectionem omnino amitteret.

Sed quia haec opinio procedere videtur ex hoc quod eadem ponitur natura angeli et animae, ut sic anima in sui creatione plenam scientiam habeat, sicut et intelligentia dicitur esse plena formis creata;[2] ratione cuius Platonici dicebant animas fuisse ante corpora,[3] et post corpus redire ad compares stellas, quasi quasdam intelligentias:[4] quae quidem opinio non est consona catholicae veritati, ideo secundum opinionem Aristotelis alii dicunt, quod intellectus humanus est ultimus in ordine intelligibilium, sicut materia prima in ordine sensibilium; et sicut materia secundum sui essentiam considerata nullam formam habet, ita intellectus humanus in sui principio est sicut tabula in qua nihil scriptum est, sed postmodum in eo scientia per sensus acquiritur virtute intellectus agentis.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* 1,9 [993a 1-2] ; *Post. Anal.,* II, 19 [99b26 -27] ; St. Augustine, *De Trin.,* XV [PL 42, 1011]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95.9-96.15]; Macrobius, *In Som.Scip.,1,* 12,7 [E 520.20-25] et dn., 1 [PL40,781].
2. *Liber de Causis,* 9 [B 173.18].
3. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 580]; St. Augustine, *De Civ. Dei, X,* 30.
4. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 9, 1 [E 509.22-28] ; 10 [E 511.28-512.8]. The phrase 'compares stellas' occurs in Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 17 [D II, 171].

[16] *De Ver.,* 19, 1, *c.*
Et ideo alii dicunt, quod formae quibus anima separata intelligit, sunt ei impressae a Deo ab ipsa sui creatione, per quas, secundum quosdam, et nunc intelligimus; ita quod per sensus non acquiruntur animae novae species, sed tantummodo excitatur anima ad species quas in se habet intuendas, secundum quod Platonici dixerunt, qui volebant quod addiscere nihil aliud erat nisi reminisci.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [993a 1-2] ; *Post. Anal.,* II, 19 [99b 26-27]; St. Augustine, *De Trin.,* XV [PL 42, 1011]; Boethius, *DeCon. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95.9-96.15]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25] ; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781].

[17] *De Ver.,* 21, 4, *c.*
Et ideo Platonici dixerunt, quod omnia sunt bona formaliter bonitate prima non sicut forma coniuncta, sed sicut forma separata.

Ad cuius intellectum sciendum est, quod Plato ea quae possunt separari secundum intellectum, ponebat etiam secundum esse separata;[1] et ideo, sicut homo potest intelligi praeter Socratem et Platonem, ita ponebat hominem esse praeter Socratem et Platonem, quem dicebat per se hominem, et ideam hominis, cuius participatione Socrates et Plato homines dicebantur.[2]

Sicut autem inveniebat hominem communem Socrati et Platoni, et huiusmodi hominibus; ita inveniebat bonum esse commune omnibus bonis, et posse intelligi bonum non intelligendo hoc vel illud bonum; unde ponebat ipsum esse separatum praeter omnia bona particularia: et hoc ponebat esse per se bonum, sive ideam, cuius participatione omnia bona dicerentur; ut patet per Philosophum in I Ethic.[3]

Sed hoc differebat inter ideam hominis et ideam boni: quod idea hominis non se extendit ad omnia; idea autem boni se extendit ad omnia: nam ipsa idea boni est aliquod bonum. Et ideo oportebat dicere, quod ipsum per se bonum esset universale omnium rerum principium, quod Deus est.[4]

Unde sequitur secundum hanc opinionem, quod denominantur bona ipsa bonitate prima, quae Deus est, sicut Socrates et Plato; sed secundum Platonem dicebantur homines participatione hominis separati, non per humanitatem hominis inhaerentem.[5]

Et hanc opinionem secuti sunt Porretani aliquo modo. Dicebant enim, quod de creatura praedicamus bonum simpliciter, ut cum dicitur: Homo est bonus; et bonum addito aliquo, ut cum dicitur: Socrates est bonus homo. Dicebant igitur, quod creatura dicitur bona simpliciter non aliqua bonitate inhaerente, sed bonitate prima, quasi ipsa bonitas

absolute et communis esset bonitas divina; sed cum dicitur creatura bonum hoc vel illud, denominatur a bonitate creata; quia particulares bonitates creatae, sunt sicut ideae particulares secundum Platonem.

Sed haec opinio a Philosopho improbatur multipliciter: tum ex hoc quod quidditates et formae rerum insunt ipsis rebus particularibus, et non sunt ab eis separatae, ut probatur multipliciter in VII Metaph.;8 tum etiam suppositis ideis: quia specialiter ista ratio non habet locum in bono, quia bonum non univoce dicitur de bonis, et in talibus non assignatur una idea secundum Platonem, per quam viam procedit contra eum Philosophus in I Ethic.'

Specialiter tamen quantum ad propositum pertinet, apparet falsitas praedictae positionis ex hoc quod omne agens invenitur sibi simile agere; unde si prima bonitas sit effectiva omnium bonorum, oportet quod similitudinem suam imprimat in rebus effectis; et sic unumquodque dicetur bonum sicut forma inhaerente per similitudinem summi boni sibi inditam, et ulterius per bonitatem primam, sicut per exemplar et effectivum omnis bonitatis creatae. Quantum ad hoc opinio Platonis sustineri potest.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* VII, 14 [1039a 30-32]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].
3. Aristotle, *Eth.,* I, 4; 6 [1095a 26-28; 1096a 22-23; 1096a 35 - b 3] ; Boethius, *DeCon. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137] ; *Prosa* XI [F 91-95]; Marcobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 14 [E 471.9-19]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P 95-101]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 260].
4. Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 14 [E 471.9-19] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Nom.,* 1, 5 [P 22-24]; 4, 1 [P 95-101]; 5, 4 [P 261],
5. See 2 above.
6. For the ‘separation* see Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14].
7. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 24-30],

[18] *De Ver.,* 21, 4, *ad* 3
Ad tertium dicendum, quod Augustinus in multis opinionem Platonis sequitur, quantum fieri potest secundum fidei veritatem;...

Source: In *S.T.,* I, 84, 5, *c.,* St. Thomas refers to St. Augustine, *De Doct. Christ.,* 40 [PL 34, 63]. Cf. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 9; 10 [G],

[19] *De Ver.,* 22, 1, *arg.* 10
Praeterea, omne illud quod appetitur, quaeritur. Sed secundum Platonem nihil potest quaeri cuius cognitio non habetur: sicut si aliquis quaereret servum fugitivum, nisi eius notitiam habeat, cum invenit, se invenisse nesciret. Ergo illa quae non habent cognitionem boni, non appetunt ipsum.

Source: Cf. ‘... dubium autem hoc se habet nunc in modum, fieri non potest quin addisces aliquid, aut sciat illud aut ignoret: quia si scit, non est opus amplius, ut cognoscat ipsum: sin autem ignoret, quomodo cognoscet cum ipsum fuerit assecutus, quod

cut quaesitum suum? Puta in exemplo, si esset servus quem quereremus:... et propter hoc dubium posuit Plato quod disciplina est recordatio? (Averroes, *In* I *Post. Anal., com.* 5 [24vF - 25A]).

[20] *De Ver.,* 23, 1, *ad* 7

Ad septimum dicendum, quod quando volitum est aliud a voluntate, volitum movet voluntatem realiter; sed quando volitum est idem voluntati, tunc non movet nisi secundum modum significandi. Et quantum ad hunc modum loquendi, secundum Commentatorem in lib. VIII Phys., verificatur dictum Platonis, qui dicebat, quod primum movens movet seipsum, in quantum scilicet intelligit et vult seipsum. Nec tamen quia vult creaturas, sequitur quod a creaturis movetur; quia creaturas non vult nisi ratione suae bonitatis, ut dictum est, in solut. ad 3 argum.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 14-16 [E 618-638]; Averroes, *In* VIII *Phy., com.* 40 [Z 380],

[21] *De Ver.,* 26, 4, *ad 5*

Ad quintum dicendum, quod delectatio et gaudium eodem modo differunt sicut tristitia et dolor: nam delectatio sensibilis habet ex parte corporis coniunctionem convenientis, ex parte vero animae sensum illius convenientiae; et similiter delectatio spiritualis habet quamdam rationalem coniunctionem convenientis cum convenienti, et perceptionem illius coniunctionis. Unde Plato definiens delectationem sensibilem, dixit, quod delectatio est sensibilis generatio in natura; Aristoteles vero definiens generaliter delectationem, dixit quod delectatio est operatio naturalis habitus non impedita.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 42 [PG 40, 681] ; Aristotle, *Eth.,* VII, 11 [1152b 13],

De Potentia Dei

[1] *De Pot.,* 1,5, *arg.* 15

Praeterea, optimi est optima adducere, secundum Platonem, et sic Deus, cum sit optimus, optimum facit. Sed optimum cum sit superlativum, uno modo est. Ergo Deus non potest facere alio modo vel alia quam quae fecit.

Source: See Source under *In Sent.* [9].

[2] *De Pot.,* 3, 1, *ad* 2

Philosophus autem utitur hoc argumento, in generationibus naturalibus contra Platonicos, qui dicebant formas separatas esse naturalis generationis principia.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 11; b 2-3; 992a 25-26]; Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E - 1811]; XII, *com.* 18 [303E - 305vI],

[3] *De Pot.,* 3, 5, *c.*

Posteriores vero philosophi, ut Plato, Aristoteles et eorum sequaces, pervenerunt ad considerationem ipsius esse universalis; et ideo ipsi soli

posuerunt aliquam universalem causam rerum, a qua omnia alia in esse prodirent, ut patet per Augustinum.[8] Cui quidem sententiae etiam catholica fides consentit. Et hoc triplici ratione demonstrari potest: quarum prima est haec. Oportet enim, si aliquid unum communiter in pluribus invenitur, quod ab aliqua una causa in illis causetur; non enim potest esse quod illud commune utrique ex se ipso conveniat, cum utrumque, secundum quod ipsum est, ab altero distinguatur; et diversitas causarum diversos effectus producit. Cum ergo esse inveniatur omnibus rebus commune, quae secundum illud quod sunt, ad invicem distinctae sunt, oportet quod de necessitate eis non ex se ipsis, sed ab aliqua una causa esse attribuatur. Et ista videtur ratio Platonis, qui voluit, quod ante omnem multitudinem esset aliqua unitas non solum in numeris, sed etiam in rerum naturis.[3]

Source: 1. See the interpretation of *In Meta.* [29].
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 4 [F] ; X, 31 [A-B].
3. Dionysius, *De Div. Norn.,* 13, 2 [P 442]; Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[4] *De Pot.,* 3, 8, *c.*

Formam vero, quam oportet fieri et non praesupponi, oportet esse ex agente qui non praesupponit aliquid, sed potest ex nihilo facere: et hoc est agens supernaturale, quod Plato posuit datorem formarum. Et hoc Avicenna dixit esse intelligentiam ultimam inter substantias separatas. Quidam vero moderni eos sequentes, dicunt hoc esse Deum... Nam, cum factum oporteat esse simile facienti, ex quo id quod factum est, est compositum, oportet id quod est faciens, esse compositum, et non forma per se existens, ut Plato dicebat; ut sic sicut factum est compositum, quo autem fit, est forma in materia in actum reducta; ita generans sit compositum, non forma tantum; sed forma sit quo generat: forma, inquam, in hac materia existens, sicut in his carnibus et in his ossibus et in aliis hujusmodi.

Source: Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E - 1811]; XII, *com.* 18 [3O3E - 305vI].

[5] *De Pot.,* 3, 10, *c.*

Respondeo dicendum, quod sicut supra, art. 9, dictum est quorumdam opinio fuit, quod animae omnes simul creatae fuerunt extra corpus; cujus quidem opinionis falsitas potest ad praesens quatuor rationibus ostendi. Quarum prima est, quod res creatae sunt a Deo in sua perfectione naturali. Perfectum enim naturaliter praecedit imperfectum, secundum Philosophum. Et Boetius dicit quod, natura a perfectis sumit exordium. Anima autem non habet perfectionem suae naturae extra corpus, cum non sit per se ipsam species completa alicujus naturae, sed sit pars humanae naturae: alias oporteret quod ex anima et corpore non fieret unum nisi per accidens. Unde non fuit anima humana extra corpus creata. Quicumque autem posuerunt animas extra corpora fuisse antequam corporibus unirentur, aestimaverunt eas esse naturas perfectas, et quod naturalis perfectio animae non est esse in hoc quod anima corpori uniretur, sed uniretur ei accidentaliter, sicut homo indumento:[1] sicut Plato dicebat, quod homo non est ex anima et corpore, sed est anima utens corpore.[8] Et propter hoc omnes qui posuerunt animas extra corpora creari, posuerunt transcorporationem

animarum;[8] ut ait: anima exuta a corpore uno, alteri corpori uniretur, sicut homo exutus uno vestimento induit alterum.

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 3 [PG 40, 593].
2. *Ibid.,* 1 [PG 40, 505]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.
3. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 580].

[6] *De Pol.,* 3, 10, *ad* 5

Ad quintum dicendum, quod Platonici ponebant naturam animarum per se esse completam, et accidentaliter corporibus uniri:[1] unde etiam ponebant transitum animarum de corpore ad corpus.[2] Ad quod ponendum praecipue inducebantur per hoc quod ponebant humanas animas immortales, et generationem nunquam deficere. Unde ad infinitatem animarum removendam, ponebant fieri quemdam circulum, ut animae prius exeuntes iterato unirentur.[3] Et secundum hanc opinionem, quae erronea est, Macrobius loquitur: unde ejus auctoritas in hac parte non est recipienda.[1]

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 3 [PG 40, 593].
2. *Ibid.,* 1 [PG 40, 505] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.
3. Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 6-12 [E 616-617]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30 [D-F].
4. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 2 [E 519.13-19].

[7] *De Pot.,* 3, 10, *ad* 15

Vel potest dici, quod ista diversitas non procedit ex diverso merito animarum, sed ex diversa dispositione corporum; unde et Plato dicebat, quod formae infunduntur a Deo secundum merita materiae.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 10 [D II, 158].

[8] *De Pot.,* 3, 14, *arg.* 7 *et ad 7*

Praeterea, plus potest facere Deus quam humanus intellectus possit intelligere; propter quod dicitur Luc. 1, 37: Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Sed Platonici intellexerunt aliquid esse factum a Deo, quod tamen semper fuit; unde Augustinus dicit: De mundo, et de his quos in mundo deos a Deo factos, scribit Plato, apertissime dicit eos esse coepisse, et habere initium; finem tamen non habituros, sed per conditoris potentissimam voluntatem perhibet in aeternum esse mansuros. Verum id quomodo intelligat, Platonici invenerunt, non esse hoc, videlicet temporis, sed institutionis initium. Sicut enim, inquiunt, si pes ab aeternitate fuisset in pulvere, semper subesset vestigium: quod tamen a calcante factum nemo dubitaret: sic mundus semper fuit semper existente qui fecit; et tamen factus est. Ergo Deus potuit facere aliquid quod semper fuit.

Ad septimum dicendum, quod Platonici hoc intellexerunt, fidei veritatem non supponendo, sed ab ea alieni.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 21 [A-B].

[9] *De Pot.,* 3, 16, *arg.* 17

Praeterea, secundum Platonem, optimi est optima adducere. Sed optimum non potest esse nisi unum. Cum igitur Deus sit optimus, ab eo non potest produci nisi unum.

Source: See *Source* under *In Sent.* [9].

110] *De Pot.,* 3, 16, *c.*

Alii vero circa debitum causae finalis erraverunt, sicut Plato, et ejus sequaces. Posuit enim quod bonitati Dei ab eo intellectae et amatae debitum esset tale universum producere, ut sic optimus optimum produceret. Quod quidem potest esse verum, si solum quantum ad ea quae sunt respiciamus; non autem si respiciamus ad ea quae esse possunt. Hoc enim universum est optimum eorum quae sunt; et quod sit sic optimum, ex summa Dei bonitate habet. Non tamen bonitas Dei est ita obligata huic universo quin melius vel minus bonum aliud universum facere potuisset.

Source: See *Source* under *In Sent.* [9].

(11] *De Pot.,* 3, 18, *ad* 10

Creatura autem spiritualis non operatur ad creationem corporalium creaturarum, cum solius Dei sit creare. Unde et Commentator, imponit Platoni, quod dixerit, quod Deus primo creavit Angelos, et postea commisit eis creationem corporalium creaturarum.

Source: Averroes, *In Mela.,* XII, *com.* 44 [328F]; 'Hoc autem, quod Plato dixit in suis verbis obscuris, quod Creator creavit Angelos manu, deinde praecepit eis creare alia mortalia, et remansit ipse in quiete sine labore, non est intelligendum ad literam.'

(12] *De Pol.,* 4, 1, *ad 2*

Plato enim Scripturam Genesis videns, sic intellexisse dicitur numerum elementorum et ordinem ibi significari, ut terra et aqua propriis nominibus exprimantur. Aqua autem super terram esse intelligitur, ex hoc quod ibi scriptum est: Congregentur aquae in locum unum, et appareat arida. Supra quae duo, aerem intellexit in hoc quod dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas, aerem nomine spiritus intelligens. Ignem vero in nomine caeli intellexit, quod omnibus supereminet.

Sed quia, secundum Aristotelis probationes, caelum igneae naturae esse non potest, ut ejus motus circularis demonstrat, Rabbi Moyses Aristotelis sententiam sequens, cum Platone in tribus primis concordans, ignem significatum esse dixit per tenebras, eo quod ignis in propria sphaera non luceat; et situs ejus declaratur in hoc quod dicitur: super faciem abyssi. Quintam vero essentiam nomine caeli significatam esse intelligit.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 9 [B-E].

(13] *DePot.,* 4, 1, *ad 7*

Si vero per terram intelligatur prima materia secundum opinionem Augustini, sic dicitur inanis per comparationem ejus ad compositum in quo subsistit; nam inanitas firmitati et soliditati opponitur; vacua vero per comparationem ad formas quibus ejus potentia non replebatur. Unde et Plato receptionem materiae comparavit loco, secundum quod in eo locatum recipitur. Vacuum autem et plenum proprie circa locum dicuntur.

Source: Aristotle, *Phy.,* II, 2 [209b 11-17]; Averroes, *In Phy.,* IV, *com.* 59 [Z 146H].

114] *DePot.,* 4, 2, ad 31

Dicitur autem vacua, quia potentia materiae per formam impletur;

unde Plato materiam dixit esse locum, quia rcccptibilitas materiae est quodammodo similis reccptibilitati loci, in quantum in una materia manente succedunt sibi diversae formae, sicut in uno loco diversa corpora: ideo ea quae sunt loci, similitudinarie de materia dicuntur; et ita materia dicitur vacua, quia caret forma, quae implet capacitatem et potentiam materiae.

Source: Aristotle, *Phy.,* II, 2 [209b 11-17]; Averroes, *In Phy.,* IV, *com.* 59 [Z 146H].

[15] *De Pot.,* 5, 1, *arg.* 5 *et ad* 5

Sed contra, omnis res generata habet esse per suam formam. Si ergo causae inferiores generantes non sunt causae essendi, non erunt causae formarum; et ita formae quae sunt in materia, non sunt a formis quae sunt in materia secundum sententiam Philosophi, qui dicit, quod forma quae est in his carnibus et ossibus, est a forma quae est in his carnibus et ossibus: sed sequitur quod formae in materia sint a formis sine materia, secundum sententiam Platonis, vel a datore formarum, secundum sententiam Avicennae.

Et quia Platonici et Avicenna non ponebant formas de potentia materiae educi, ideo cogebantur dicere quod agentia naturalia disponebant tantum materiam; inductio autem formae erat a principio separato.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 8 [1033b 19 - 1034b 2]; 13-15 [1038b 1-1041a 5]; Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E - 1811]; XII, *com.* 18 [303E - 305vI],

[16] *De Pot.,* 5, 1, *arg.* 14

Praeterea, Augustinus dicit, quod Deus fecit singula bona, simul autem omnia valde bona: propter quod dicitur Genes. I, 31: Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona. Ipsa ergo creaturarum universitas est valde bona et optima; optimi enim est optima adducere, secundum Platonem in Timaeo. Sed melius est quod non indiget aliquo exteriori ad sui conservationem, eo quod indiget. Ergo universitas creaturarum non indiget aliquo exteriori conservante.

Source: See *Source* under *In Sent.* [9].

[17] *De Pot.,* 5, 10, *c.*

Positio autem praemissa procedit secundum opinionem illorum qui dicunt, animam accidentaliter uniri corpori, sicut nautam navi, aut hominem indumento. Unde et Plato dixit quod homo est anima corpore induta, ut Gregorius Nyssenus narrat. Sed hoc stare non potest; quia sic homo non esset ens per se, sed per accidens; nec esset in genere substantiae, sed in genere accidentis, sicut hoc quod dico vestitum, et calceatum.

Source: Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9]; Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593].

[18] *De Pot.,* 6, 6, *arg.* 15 *et ad* 15

Praeterea, hoc idem videtur per Platonem, qui in Timaeo ponit esse quoddam animal terrena soliditate firmatum, quoddam vero liquoribus accommodatum, quoddam autem aeri vagum, aliud divinitate plenum; quod non potest intelligi nisi Angelus. Ergo Angelus est animal; et sic idem quod prius.

Et per hoc patet responsio ad dccimumquintuin quod procedit de opinione Platonis.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chal., 15 [D II, 168]; 'Primum caeleste, plenum divinitatis: aliud deinde praepes aerivagum; tertium, aquae liquoribus accomodatum; quartum, quod terrena soliditas sustineret.'

[19] *De Pol.,* 6, 6, *c.*

Tertia autem ratio potest sumi ad hoc ex sententiis Platonicorum; oportet enim ante esse determinatum et particulatum, praeexistere aliquid non particulatum; sicut si ignis natura particulariter et quodammodo participative invenitur in ferro, oportet prius inveniri igneam naturam in eo quod est per essentiam ignis; unde, cum esse et reliquae perfectiones et formae inveniantur in corporibus quasi particulariter, per hoc quod sunt in materia receptae, oportet praeexistere aliquam substantiam incorpoream, quae non particulariter, sed cum quadam universali plenitudine perfectionem essendi in se habeat.1...

His opinionibus abjectis, Plato et Aristoteles posuerunt aliquas substantias esse incorporeas; et earum quasdam esse corpori conjunctas, quasdam vero nulli corpori conjunctas. Plato namque posuit duas substantias separatas, scilicet Deum patrem totius universitatis in supremo gradu; et postmodum mentem ipsius, quam vocabat paternum intellectum,2 in qua erant rerum omnium rationes vel ideae, ut Macrobius narrat,3 substantias autem incorporeas corporibus unitas ponebat multiplices; quasdam quidem conjunctas caelestibus corporibus, quas Platonici deos appellabant;4 quasdam autem conjunctas corporibus aereis, quas dicebant esse daemones. Unde Augustinus in VIII de Civ. Dei introducit hanc definitionem daemonum ab Apulejo datam: Daemones sunt animalia mente rationalia, animo passiva, corpore aerea, tempore aeterna.5 Et omnibus praedictis substantiis incorporeis ratione suae sempiternitatis gentiles Platonici dicebant cultum divinitatis exhibendum.8 Ponebant etiam ulterius substantias incorporeas grossioribus terrae corporibus unitas, terrenis scilicet et aqueis, quae sunt animae hominum et aliorum animalium.' Aristoteles autem in duobus cum Platone concordat et in duobus differt... Si autem habent alias potentias (quod videntur Platonici sensisse de daemonibus,8 dicentes eos esse animo passivos; cum tamen passio non sit nisi in parte animae sensitiva, ut probatur in VII Phys.), oportet quod tales substantiae corporibus organicis uniantur, ut actiones talium potentiarum per determinata organa exequantur... Sed in hoc certissime a doctrina tam Platonis quam Aristotelis, doctrina fidei discordat, quod ponimus multas substantias penitus corporibus non unitas, plures quam aliquis eorum ponat.

Source: 1. This applies Platonic participation to *esse.* See Dionysius, *De Div. Nom.,* 13, 2-3 [P 439-446]; Boethius, *De Con. Phil.,* I11, *Prosa* 11 [F 91-95],

2. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 6, 8 [E 486] ; 6, 20 [E 488] ; 14, 5-6 [E 526]; 14, 15 [E 530]; 17, 11-13 [E 542]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 23 [B] ; 24 [A] ; 28 [C] ; 29 [D] ; *De Doct. Christ.,* II, 28, 43 [PL 34, 56] ; Abelard, *Intro, ad Theol.,* I [PL 178, 1012-1013]; Albertus Magnus, *In* I

Sent., 3, *F,* 18, *arg.* 2 [B 25, 113]; *Meta.,* 1, 4, 12 [B VI, 82-83]; *De Quindecim Problem.,* I [P/iiZ. *Helges* Vil, 34]; Alexander Hal., *S.T., Tr. Intro.,* 2, 3 [QI, 18-19],
3. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 14 [E 471.9-14].
4. St. Augustine, *De Civ. Dei,* 12, 16 [C-D]; Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15 [D II, 169].
5. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].
6. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 12 [A]; 13 [B]; 14 [A]; 16; X, 1 [C],
7. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [B] ; IX, 8 [B],
8. See 5 above.

[20] *De Pot.,* 6, 6, *ad* 1
Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus in pluribus locis suorum librorum, quantum ad corpora Angelorum et daemonum, absque assertione utitur Platonicorum sententia. Unde et XXI de Civit. Dei utramque opinionem prosequitur de poena daemonum tractans, et eorum scilicet qui dicebant daemones aerea corpora habere, et eorum qui dicebant eos esse penitus incorporeos. Gregorius vero Angelum animal appellat, large sumpto animalis vocabulo pro quolibet vivente.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* XXI, 10 [A-B]: 'Nisi quia sunt quaedam sua etiam daemonibus corpora, sicut doctis hominibus uisum est, ex isto aere crasso adque umido... Si autem quisquam nulla habere corpora daemones adseuerat, non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione aut contentiosa disputatione certandum.'

[21] *De Pot.,* 6, 6, *ad* 2
Ad secundum dicendum, quod Orígenes in pluribus Platonicorum opinionem sectatur: unde hujus opinionis fuisse videtur quod omnes substantiae creatae incorporeae sint corporibus unitae; quamvis etiam hoc non asserat, sed sub dubitatione proponat, aliam etiam opinionem tangens.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A-B]; IX, 8 [A; E].

[22] *De Pot.,* 6, 6, *ad* 18
Ad decimumoctavum dicendum, quod Porphyrius in hoc opinionem Platonis sequitur, quod deos nominat daemones;[1] quos ponebant animalia,[2] et etiam corpora caelestia.[3]

Source: 1. This doctrine of Porphyrius, 'the Platonist,' is found in the *De Civ. Dei* (among other places), X, 26 [D]. Yet Plato is said to have distinguished the *dei* and the *daemones {ibid.,* IX, 23 [A]).
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A] ; IX, 8 [A] ; 12 [A],
3. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22]; III, 4 [CSEL 48, 209.1-2]; IV,6 [CSEL48, 257.9-10]; 7 [CSEL48,259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].

[23] *De Pot.,* 9, 2, *ad* 1
<.. non enim est homo qui non sit aliquis homo, nisi secundum opinionem Platonis, qui ponebat universalia separata.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 24-33].

124] *De Pot.,* 9, 7, *c.*

Respondeo dicendum, quoti de uno et multo diversa inveniuntur, quae etiam apud philosophos fuerunt occasio diversa sentiendi. Invenitur enim de uno, quod est principium numeri, et quod convertitur cum ente; similiter invenitur de multo, quod pertinet ad quamdam speciem quantitatis, quae dicitur numerus, et iterum quod circuit omne genus, sicut et unum, cui videtur multitudo opponi.

Fuerunt ergo aliqui inter philosophos qui non distinxerunt inter unum quod convertitur cum ente, et unum quod est principium numeri, aestimantes quod neutro modo dictum unum aliquid super substantiam adderet; sed unum quolibet modo dictum significaret substantiam rei. Ex quo sequebatur quod numerus, qui ex unis componitur, sit substantia omnium rerum secundum opinionem Pythagorae et Platonis.

Source: See *Source* under *S.T.* [5],

125] *De Pot.,* 10, 1, c.

Nam quidquid invenimus per se et in se operari quocumque modo, dicimus vivere; et per hunc modum Plato posuit, quod primum movens movet se ipsum.

Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

De Spiritualibus Creaturis

[1] *De Sp. Creat.,* 1, *arg.* 18

Praeterea, Plato in Timaeo inducit Deum summum, loquentem diis creatis et dicentem: voluntas mea maior est nexu vestro; et inducit haec verba Augustinus in libro De civ. Dei. Dii autem creati videntur esse angeli. Ergo in angelis est nexus sive compositio.

Source: St. Augustine *(De Civ. Dei,* XIII, 16 [C, D]) expressly quotes Cicero's translation: *... nec erunt valentiora quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis... conligati...' (See also *ibid.,* XXII, 26 [B sq.].) St. Thomas seems to be using an abbreviation of Chalcidius' translation (15 [D II, 169]): '... quia voluntas mea major est nexus et vegetatior ad aeternitatis custodiam quam illa nexus vestri coagmenta...'

[2] *De Sp. Creat.,* 1, *ad* 18

Ad 18, dicendum quod Plato appellat deos secundos, non angelos sed corpora caelestia.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* XII, 16 [C, D]; Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15 [D II, 169]; Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793; 796].

[3] *De Sp. Creat.,* 2, *c.*

Hac igitur opinione reiecta tanquam impossibili, considerandum est quod Plato efficacius posuit hunc hominem intelligere, nec tamen substantiam spiritualem uniri corpori ut formam. Ut enim Gregorius Nyssenus narrat, Plato posuit substantiam intellectivam, quae dicitur anima, uniri corpori per quemdam spiritualem contactum: quod quidem intelligitur secundum quod movens vel agens tangit motum aut passum,l etiam si sit incorporeum, ex qua ratione dicit Aristoteles in I

!)c generatione quoti quaedam tangunt ct non tanguntur, quia agunt et non patiuntur. Unde dicebat Plato, ut dicens Gregorius refert, quod homo non est aliquid compositum ex anima et corpore, sed est anima utens corpore,* ut inteliigatur esse in corpore quodammodo sicut nauta in navi;3 quod videtur tangere Aristoteles in II De anima. Sic igitur et hic homo intelligit, in quantum hic homo est ipsa substantia spiritualis quae est anima, cuius actus proprius est intelligere, hac tamen substantia forma corporis non existente.

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505; 569]; 3 [PG 40, 593]. St. Thomas is apparently interpreting the motor-mobile relation of soul and body in the light of Aristotle, *De Gen.,* I, 6 [323a 28]. See also *De An.,* I, 3 [406b 28] and St. Thomas' comment *In* I *De An.,* 7 [91].
2. Aristotle, *De An.,* II, 1 [413a 8].

[4] *De Sp. Creat.,* 3, *c.*

Harum autem duarum opinionum diversitas ex hoc procedit quod quidam, ad inquirendam veritatem de natura rerum, processerunt ex rationibus intelligibilibus, et hoc fuit proprium Platonicorum; quidam vero ex rebus sensibilibus, et hoc fuit proprium philosophiae Aristotelis, ut dicit Simplicius in commento Super praedicamenta.1 Consideraverunt Platonici ordinem quemdam generum et specierum, et quod semper superius potest intelligi sine inferiori, sicut homo sine hoc homine, et animal sine homine, et sic deinceps.2 Existimaverunt etiam quod quidquid est abstractum in intellectu, sit abstractum in re; alias videbatur eis quod intellectus abstrahens esset falsus aut vanus, si nulla res abstracta ei responderet;3 propter quod etiam crediderunt mathematica esse abstracta a sensibilibus, quia sine eis intelliguntur.1 Unde posuerunt hominem abstractum ab his hominibus,5 et sic deinceps usque ad ens et unum et bonum, quod posuerunt summam rerum virtutem.6 Viderunt enim quod semper inferius particularius est suo superiori, et quod natura superioris participatur in inferiori : participans autem se habet ut materiale ad participatum; unde posuerunt quod inter abstracta, quanto aliquid est universalius, tanto est formalius.7 Quidam vero, secundum eandem viam ingredientes, ex opposito posuerunt quod quanto aliqua forma est universalior, tanto est magis materialis. Et haec est positio Avicebron in libro Fontis vitae: posuit materiam primam absque omni forma, quam vocavit materiam universalem; et dixit eam communem substantiis spiritualibus et corporalibus, cui dixit advenire formam universalem, quae est forma substantiae. Materiam autem sic sub forma substantiae existentem, in aliquo sui dixit recipere formam corporeitatis, alia parte eius, quae pertinet ad spirituales substantias, sine huiusmodi forma remanente. Et sic deinceps posuit in materia formam sub forma, secundum ordinem generum et specierum, usque ad ultimam speciem specialissimam. Et haec positio, quamvis videatur discordare a prima, tamen secundum rei veritatem cum ea concordat, et est sequela eius. Posuerunt enim Platonici quod quanto aliqua causa est universalior et formalior, tanto eius perfectio in aliquo individuo magis est subtracta: unde effectum primi abstracti, quod est boni posuerunt materiam primam, ut supremo agenti respondeat primum subiectum; et sic deinceps, secundum ordinem causarum abstractarum et formarum participatarum in materia, sicut universalius

abstractum est formalius, ita universalior forma participata est materialior."

Source: 1. Simplicius, *In Cal., Prooem.* [CG VIII, 6.19-32].
2. Aristotle, *Meta.,* VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 11 [CSEL 48, 167.12-14],
3. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25. 15-26.15].
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18]; *Phy.,* II, 1-2 [193b 31-194a 7].
5. See 2 above.
6. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3] ; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137]; *Prosa XI* [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12] ; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C] ; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Norn.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270],
7. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 24 [V 275]. The ‘formalius’ idea is not contained in this source.
8. *Ibid., Prop.* 71 [V 292],

[5] *De Sp. Creat., 3, ad* 14

Ad 14, dicendum quod corpus mathematicum dicitur corpus abstractum; unde dicere corpus mathematicum esse in sensibilibus, est dicere duo opposita simul, ut Aristoteles argumentatur in III Metaph., contra quosdam Platonicos hoc ponentes.

Source: Aristotle, *Meta.,* Ill, 2 [998a 7].

16] *De Sp. Creat.,* 4, *arg.* 8

Praeterea, si anima est in qualibet parte corporis, unaquaeque pars corporis immediatum ordinem habebit ad animam, et sic non dependent aliae partes a corde; quod est contra Hieronymum Super Matth., qui dicit quod ‘principale hominis non est in cerebro, secundum Platonem, sed in corde, secundum Christum.’

Source: St. Jerome, *In Ev. Mt.,* II, 15 [PL 26, 109]: ‘Ergo animae principale non secundum Platonem in cerebro, sed juxta Christum in corde est.’

[7] *De Sp. Creat.,* 5, *c.*

Plato vero est alia via usus, ad ponendum substantias incorporeas. Aestimavit enim quod ante esse participans, necesse est ponere aliquid abstractum non participatum. Unde cum omnia corpora sensibilia participent ea quae de ipsis praedicantur, scii, naturas generum et specierum et aliorum universaliter de ipsis dictorum, posuit huiusmodi naturas abstractas a sensibilibus per se subsistentes, quas substantias separatas nominabat.1

Plato autem necesse habuit ponere multas et ad invicem ordinatas, secundum multitudinem et ordinem generum et specierum, et aliorum quae abstracta ponebat;2 posuit enim primum abstractum, quod essentialiter esset bonum et unum,3 et consequenter diversos ordines intelligibilium et intellectuum.4...

Sed istuc viae non sunt multum nobis accommodae: quia neque ponimus mixtionem sensibilium cum Anaxagora, neque abstractioncm universalium cum Platone, neque perpetuitatem motus cum Aristotele.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18]; III, 2 [997b 8-9]; VII, 14 [1039a 24 - b 19]. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 21-22 [V 273-275].
2. See *Source* 2 under *De Sp. Creat.* [4].
3. See *Source* 6 under *De Sp. Creat.* [4].
4. Proclus, *op. cit., Prop.* 101 [V 491]; *Prop.* 161 [V 512-513]; *Prop.* 163 [V 513].

[8] *De Sp. Creat.,* 5, *ad* 8
Unde Aristoteles, in VII Metaph., contra Platonem arguit quod si formae rerum sint abstractae, oportet quod sint singulares.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 15 [1039b 30-31; 1040a 8-9],

[9] *De Sp. Creat.,* 6, *c.*
Plato vero et Aristoteles et eorum sequaces, posuerunt corpora caelestia esse animata.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22]; III, 4 [CSEL 48, 209.1-2]; IV, 6 [CSEL 48, 257. 9-10]; 7 [CSEL 48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].

[10] *De Sp. Creat.,* 6, *c.*
Et hoc videtur sufficere ad salvandum intentionem Platonis et Aristotelis. Et de Platone quidem manifestum est; Plato enim, sicut supra dictum est, etiam corpus humanum non dixit aliter animatum, nisi in quantum anima unitur corpori ut motor.

Source: Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9]; Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505] ; 2 [PG 40, 537] ; 3 [PG 40, 593].11

[11] *De Sp. Creat.,* 8, *ad* 10
Dicunt enim Platonici quod substantiae, quo fuerint primo Uni propinquiores, eo sunt minoris numeri.1 Dionysius vero dicit in xiv cap. Angel, hierar. quod angeli omnem materialem multitudinem transcendunt. Utrumque autem verum esse aliquis potest ex rebus corporalibus percipere, in quibus quanto corpus aliquod invenitur superius, tanto minus habet de materia, sed in maiorem quantitatem extenditur. Unde cum numerus quodammodo sit causa quantitatis continuae, secundum quod punctum constituit unitas, et punctus lineam (ut more Platonicorum loquamur),2 ita est etiam in tota rerum universitate, quod quanto aliqua sunt superiora in entibus, tanto plus habent de formali multitudine, quae attenditur secundum distinctionem specierum: et in hoc salvatur dictum Dionysii; minus autem de multitudine materiali, quae attenditur secundum distinctionem individuorum in eadem specie: in quo salvatur dictum Platonicorum.

Source: 1. *Liber De Causis,* 4 [B 166.22-25]; Avicenna, *Meta.,* IX, 4 [FI 299; 304]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 13, 2 [P 439-444].
2. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33-299a 1 ; 299a 6-11]; Averroes, *In Meta.,* I, *com.* 37 [22F]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21-566.16].

112] *De Sp. Creat.,* 9, *c.*
El similiter, non esset ncccsse ponere intellectum agentem, si universalia, quae sunt intclligibilia actu,[1] per se subsisterent extra animam,[2] sicut posuit Plato.

Source: 1. For St. Thomas this is a simple inference from the immateriality of the Ideas (cf. *S.T.* [49]).
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].

[13] *De Sp. Creat.,* 9, *c.*
'De parte autem animae, qua cognoscit anima et sapit.' Volens autem inquirere de natura intellectus possibilis, praemittit quamdam dubitationem, scii, utrum pars intellectiva sit separabilis ab aliis partibus animae subiecto, ut Plato posuit, vel ratione tantum; et hoc est quod dicit: 'Sive separabili existente, sive inseparabili secundum magnitudinem, sed secundum rationem.'

Source: Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F]; Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32-94.3].

114] De *Sp. Creat.,* 9, *ad* 1
Ad primum ergo, dicendum quod Augustinus intelligit derisibile esse, quod ponantur diversorum hominum animae multae, tantum ita quod numero et specie differant; et praecipue secundum opinionem Platonicorum, qui supra omnia quae sunt unius speciei, posuerunt unum aliquod commune subsistens.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[15] *De Sp. Creat.,* 9, *ad* 6
...et omnino simile esset ex parte intellectus, si res quae intelligitur subsisteret extra animam, sicut res quae videtur, ut Platonici posuerunt.[1] Sed secundum opinionem Aristotelis, videtur habere maiorem difficultatem, licet sit eadem ratio, si quis recte inspiciat. Non enim est differentia inter Aristotelem et Platonem, nisi in hoc quod Plato posuit quod res quae intelligitur eodem modo habet esse extra animam, quo modo eam intellectus intelligit, i.e. ut abstracta et communis;[2] Aristoteles vero posuit rem quae intelligitur esse extra animam, sed alio modo, quia intelligitur abstracte et habet esse concrete. Et sicut secundum Platonem, ipsa res quae intelligitur est extra ipsam animam, ita secundum Aristotelem: quod patet ex hoc quod neuter eorum posuit scientias esse de his quae sunt in intellectu nostro, sicut de substantiis; sed Plato quidem dixit scientias esse de formis separatis,[1] Aristoteles vero de quidditatibus rerum in eis existentibus. Sed ratio universalitatis, quae consistit in communitate et abstractione, sequitur solum modum intelligendi, in quantum intelligimus abstracte et communiter; secundum Platonem vero, sequitur etiam modum existendi formarum abstractarum: et ideo Plato posuit universalia subsistere,[2] Aristoteles autem non.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].
2. *Ibid.* [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11] ; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer 25.15-26.15].

[16] *De Sp. Creat.,* 10, *c.*
Et hoc manifeste videtur Aristoteles sensisse, cum dicit quod 'necesse

est in anima esse has differentias,' scii, intellectum possibilem et agentem; et iterum dicit quod intellectus agens est 'sicut lumen,' quod est lux participata. Plato vero, ut Themistius dicit in Commento de anima, ad intellectum separatum attendens et non ad virtutem animae participatam, comparavit ipsum soli.

Source: Themistius, *De An. Par.,* VII [CG V, 103.33-35].

[17] *De Sp. Creat.,* 10, *ad* 8

Sed tamen, ut profundius intentionem Augustini scrutemur, et quomodo se habeat veritas circa hoc, sciendum est quod quidam antiqui philosophi, non ponentes aliam viam cognoscitivam praeter sensum, neque aliqua entia praeter sensibilia, dixerunt quod nulla certitudo de veritate a nobis haberi potest; et hoc propter duo. Primo quidem, quia ponebant sensibilia semper esse in fluxu, et nihil in rebus esse stabile. Secundo, quia inveniuntur circa idem aliqui diversimode indicantes, sicut aliter vigilans et aliter dormiens, et aliter infirmus, aliter sanus; nec potest accipi aliquid quod discernatur quis horum verius existimet, cum quilibet aliquam similitudinem veritatis habeat. Et hae sunt duae rationes quas Augustinus tangit, propter quas antiqui dixerunt veritatem non posse cognosci a nobis. Unde et Socrates, desperans de veritate rerum capessenda, totum se ad moralem philosophiam contulit.[1] Plato vero, discipulus eius, consentiens antiquis philosophis quod sensibilia semper sint in fluxu,[2] et quod virtus sensitiva non habet certum iudicium de rebus,[3] ad certitudinem scientiae stabiliendam, posuit quidem ex una parte species rerum separatas a sensibilibus et immobiles, de quibus dixit esse scientias;[4] ex alia parte posuit in homine virtutem cognoscitivam supra sensum, scii, mentem vel intellectum,[5] illustratam a quodam superiori sole intelligibili, sicut illustratur visus a sole visibili.[8]

Augustinus autem, Platonem secutus quantum fides Catholica patiebatur, non posuit species rerum per se subsistentes, sed loco earum posuit rationes rerum in mente divina, et quod per eas secundum intellectum illustratum a luce divina, de omnibus indicamus; non quidem sic quod ipsas rationes videamus, — hoc enim esset impossibile, nisi Dei essentiam videremus, — sed secundum quod illae supremae rationes imprimunt in mentes nostras. Sic enim Plato posuit scientias de speciebus separatis esse, non quod ipsae viderentur, sed secundum quod eas mens nostra participat, de rebus scientiam habet.'

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-2]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 3 [A].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29-987b 1]; St. Augustine, De *Civ. Dei,* VIII, 2 [E]; 4 [A].
3. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29 - 987b 1]; IV, 4-5 [1009a 38-1010a 15]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 9. For the association of this question with the present context, see *S.T.,* I, 84, 6, *arg.* 1.
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],
5. Nemesius, *De Nat. Hom.,* I [PG 40, 505]; 3 [PG 40, 593].
6. Themistius, *De An. Par.,* VII [CG V, 103.33-35].
7. See *Source* 2 under *S.T.* [56].

De Unione Verbi Incarnati

No text.

De Malo

[1] *De Malo,* 16, 1, *arg.* 1 *el ad* 1

Dicit enim Augustinus XI Super Genes, ad litteram: In spiritu rationalis creaturae bonum est hoc ipsum, quod vivit et vivificat corpus; sive aereum, sicut ipsius diaboli, vel daemonum spiritus; sive terrenum, sicut hominis anima. Sed corpus quod vivificatur, est naturaliter unitum spiritui vivificanti: quia vita est quoddam naturale. Ergo daemones habent corpora naturaliter sibi unita.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus ibi et in multis aliis locis loquitur de corporibus daemonum, secundum quod visum est quibusdam doctis hominibus, id est Platonicis, ut patet ex auctoritate eius supra inducta.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* XXI, 10 [A-B].

[2] *De Malo,* 16, 1, *arg. 8 et ad 8*

Praeterea, illud quod ponitur in definitione alicuius, est naturale ei: quia definitio significat naturam rei. Sed corpus ponitur in definitione daemonis, dicit enim Chalcidius in Commento super Timaeum: Daemon est animal rationale, immortale, passibile animo, aethereum corpore; et Apuleius dicit in lib. de Deo Socratis, quod daemones sunt genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aerea, tempore aeterna; ut Augustinus introducit in VIII de Civit. Dei. Ergo daemones habent corpora naturaliter sibi unita.

Ad octavum dicendum, quod definitio illa datur secundum positiones Platonicorum.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A, C] ; IX, 8 [A] ; 12 [A] ; Chalcidius, *In Tim. Piat.,* 134 [D II, 212]: 'Daemon est animal rationabile immortale, patibile, aethereum, diligentiam hominibus impertiens.'

[3] *De Malo,* 16, 1, *arg.* 9 *et ad* 9

Praeterea, omne illud quod ratione sui corporis suscipit actionem poenalem ignis materialis, habet corpus sibi naturaliter unitum. Sed daemones sunt huiusmodi; dicit enim Augustinus XXI de Civit. Dei, quod ignis erit supplicio hominum attributus et daemonum; quia sunt prava quaedam etiam in daemonibus corpora. Ergo daemones habent corpora naturaliter sibi unita.

Ad nonum dicendum, quod Augustinus etiam ibi loquitur secundum Platonicos; unde dixit ibidem: Sicut doctis hominibus visum est.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* XXI, 10 [A-B],

[4] *De Malo,* 16, 1, c.

Plato autem per viam abstractionis, ponens bonum et unum (quae sine ratione corporis intelligi possunt) subsistere in primo principio sine corpore;1...

Unde hac opinione remota, alii posuerunt, ut Augustinus narrat VIII de Civit. Dei, quod omnium animalium in quibus est anima rationalis, tripartita divisio est, in deos, homines et daemones. Deos autem dicebant habere caelestia corpora, daemones aërea, homines terrena; et sic Plato sub substantiis intellectualibus omnino a corpore separatis hos

tres ordines substantiarum corporibus unitarum ponebat. Sed quantum ad daemones vitietur haec positio impossibilis esse.'

Unde et Platonici posuerunt, daemones esse animalia animo passiva; quod pertinet ad partem sensitivam (ut refert Augustinus VIII de Civit. Dei, cap. vi).3

Source: 1. Aristode, *Eth.,* I, 4; 6 [1095a 26-28; 1096a 22-23; 1096a 35 - b 3] ; Boethius. *DeCon. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137] ; *Prosa* XI [F 91-95] ; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 14 [E 471. 9-19]; I, 6, 7-8 [E486.1-9]; St. Augustine, *DeCiv. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Nom.,* IV, 1 [P 95-101]; V, 1 [P 257]; 3 [P 260]; XIII, 2-3 [P 439-446]; Proclus, *Elementario Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 8 [V 268]; *Prop.* 12 [V 269].

2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 14 [A-C] ; Chalcidius, *In Tim. Plat.,* 126-136 [D II, 210-212]; Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15-16 [D II, 167-170]; Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793 and 796].

3. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A-C].

[5] *De Malo, \&,\,ad2*

Ad secundum dicendum, quod experientia proprie ad sensum pertinet. Quamvis enim intellectus non solum cognoscat formas separatas, ut Platonici posuerunt, sed etiam corpora, non tamen intellectus cognoscit ea prout sunt hic et nunc, quod est proprie experiri, sed secundum rationem communem. Transfertur enim experientiae nomen etiam ad intellectualem cognitionem, sicut etiam ipsa nomina sensuum, ut visus et auditus. Nihil tamen prohibet dicere, quod Augustinus in daemonibus experientiam ponit, secundum quod ponuntur habere corpora, et per consequens sensum.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].

[6] *De Malo,* 16, 1, *ad* 10

Ad decimum dicendum, quod Augustinus ibi loquitur contra Platonicos, qui ponebant quod cultus divinitatis est exhibendus propter corporum aeternitatem: contra quos Augustinus eorum positione utitur, ostendens quod si corpora incorruptibilia habent, ex hoc ipso sunt magis miseri, cum sint passivi.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A-C].

[7] *De Malo,* 16, 7, ad 14

Quaedam enim eveniunt per accidens; quod autem est per accidens non habet causam, quia proprie non est ens, ut Plato dixit.

Source: Aristotle, *Meta.,* VI, 2 [1026b 14-22].

[8] *De Malo,* 16, 8, *c.*

Motus autem voluntatis humanae dependet ex summo ordine rerum, qui est summum bonum, quod etiam secundum Platonem et Aristotelem ponitur altissima causa;...

Source: Aristotle, *Eth.,* I, 4; 6 [1095a 26-28; 1096a 22-23; 1096a 35 b 3]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137] — *Prosa XI* [F 91-95] ; Macrobius, *In Som. Scip., I, 2,* 14 [E 471.9 ;

19]; I, 6, 7-8 [E 486.1-9]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P95-101]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 260]; 13, 2-3 [P 439-446]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 8 [V 268]; *Prop.* 12 [V 269],

[9] *De Malo,* 16, 10, *arg.* 4

Praeterea, si daemones possent aliqua corpora movere localiter, maxime possent movere localiter corpora caelestia, quae propinquiora sunt eis in ordine naturae. Sed corpora caelestia movere non possunt: quia cum movens et motum sint simul, ut dicitur in VII Physicor., sequeretur quod daemones sint in caelo; quod neque secundum nos est verum, neque secundum Platonicos. Ergo multo minus possunt movere alia corpora.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 14 [A].

[10] *De Malo,* 16, 11, *c.*

Cum enim praemisisset, quod quidam volunt animam humanam habere vim quamdam divinationis in seipsa (quod videtur congruere opinionibus Platonicorum ponentium animam omnium scientiam habere ex idearum participatione),...

Source: Aristode, *Mela.,* 1,9 [993a 1-2]; *Post. Anal.,* II, 19 [99b 26-27]; St. Augustine, *De Trin.,* XV [PL 42, 1011]. See also discussion under 5.*T.* [56].

[11] *De Malo,* 16, 12, *ad* 1

Intellectus autem agens, ut dicit Themistius in Comment. Ill de Anima, secundum Platonem quidem comparatur soli, quia ponebat intellectum agentem esse substantiam separatam;...

Source: Themistius, *De An. Par.,* VI [CG 103.33-35].

De Anima

[1] *De An.,* 1, *c.*

Sed ulterius posuit Plato quod anima humana non solum per se subsisteret, sed quod etiam haberet in se completam naturam speciei. Ponebat enim totam naturam speciei in anima esse, dicens hominem non esse aliquid compositum ex anima et corpore, sed animam corpori advenientem; ut sit comparado animae ad corpus sicut nautae ad navem, vel sicuti induti ad vestem.

Source: Aristode, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9]; Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593].

[2] *De An.,* 1, *c.*

Et in idem redit dictum Platonis ponentis animam immortalem et per se subsistentem, ex eo quod movet seipsam.1 Large enim accepit motum pro omni operadone, ut sic intelligatur quod intellectus movet seipsum, quia a seipso operatur.2

Source: 1. Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 10-12 [E 617-618]; Averroes, *In* VIII *Phy., com.* 46 [Z 364],
2. Averroes, *In* VIII *Phy., com.* 40 [Z 380] and see *Source* under *In Sent.* [3].

[3] Z>« /In., 2, *ad* 5

Manifestum est autem substantias separatas esse intclligibiles actu, et tamen individua quaedam sunt; sicut Aristoteles dicit in VII Metaph., quod formae separatae, quas Plato ponebat, individua quaedam erant.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 14 [1039b 32]; 15 [1040a 8-9].

[4] *De An.,* 2, *ad* 14

Existimabat igitur Orígenes quod anima humana haberet in se speciem completam, secundum opinionem Platonis; et quod corpus adveniret ei per accidens.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593]; Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9].

[5] *De An.,* 3, *ad* 8

Ad octavum dicendum quod secundum Platonicos causa huius quod intelligitur unum in multis, non est ex parte intellectus, sed ex parte rei.[1] Cum enim intellectus noster intelligat aliquid unum in multis; nisi aliqua res esset una participata a multis, videretur quod intellectus esset vanus, non habens aliquid respondens sibi in re.[2] Unde coacti sunt ponere ideas, per quarum participationem et res naturales speciem sortiuntur,[3] et intellectus nostri fiunt universalia intelligentes.[4]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]. Cf. *In* III *Meta.,* 8 [C 437].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15].
3. See *Source* under *S.T.* [56].
4. See *Source* under *S.T.* [56].

[6] *De An.,* 3, *ad* 17

Et praeterea idem sequitur apud ponentes intellectum possibilem esse unum; quia si intellectus possibilis est unus sicut quaedam substantia separata, oportet quod sit aliquod individuum; sicut et de ideis Platonis Aristoteles argumentatur.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 14; 15 [1039b 30-31; 1040a 8-9],

[7] *De An.,* 4, *c.*

Si autem universalia per se subsisterent in rerum natura, sicut Platonici posuerunt, necessitas nulla esset ponere intellectum agentem; quia ipsae res intelligibiles per se intellectum possibilem moverent. Unde videtur Aristoteles hac necessitate inductus ad ponendum intellectum agentem, quia non consensit opinioni Platonis de positione idearum.

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].

[8] *De An., 7, arg.* 16

... in omni enim definitione est aliquid ut materia, et aliquid ut forma, ut patet per Philosophum in VII Metaph.: ubi ipse dicit quod si species rerum essent sine materia,[1] ut Plato posuit, non essent definibiles.[2]

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14],
2. *Ibid.,* VII, 15 [1039b 30 - 1040b 4],

[9] *De An.,* 8, *arg.* 16

Praeterea, Plato dicit quod formae dantur a datore secundum merita materiae, quae dicuntur materiae dispositiones.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 10 [D II, 158].

I |()j *De An.,* 8, *ad* 3
Alii vero, ut Plato et Aristoteles, licet ponerent corpora caelestia esse animata,1 ponebant tamen Deum esse aliquid superius ab anima caeli omnino separatum?

Source: 1. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* 11,5 [CSEL48,185.21 -22] ; III, 4 [CSEL48,209.1 -2] ; IV, 6 [CSEL 48, 257.9-10]; IV, 7 [CSEL 48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E]; Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 378.10-22],
2. Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15 [D II, 169]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14, 5-6 [E 528.18-26], See also *Source* under *S.T.* [3].

[11] *De An., 8, ad* 16
Ad decimumsextum dicendum quod Plato ponebat formas rerum per se subsistentes,1 et quod participatio formarum a materiis est propter materias ut perficiantur, non autem propter formas, quas per se subsistunt;2 et ideo sequebatur quod formae darentur materiis secundum merita earum.3

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14].
2. This seems to be an inferential interpretation.
3. Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 10 [D II, 158].

[12] *De An.,* 9, *c.*
Sed quidam ponentes secundum opinionem Platonis animam uniri corpori sicut unam substantiam, alii necesse habuerunt ponere media quibus anima uniretur corpori;...

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593] ; Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9].

[13] *De An.,* 10, *c.*
Non est autem possibile quod aliquid recipiat esse et speciem ab aliquo separato sicut a forma; hoc enim simile esset Platonicorum positioni, qui posuerunt huiusmodi sensibilia recipere esse et speciem per participationem formarum separatarum.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; 9 [991a 20 - b 3]; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8]; XII, 5 [1071a 17-30].

[14] *De An.,* 11, *c.*
Plato enim posuit diversas animas esse in corpore.1 Et hoc quidem consequens erat suis principiis. Posuit enim Plato quod anima unitur corpori ut motor, et non ut forma; dicens animam esse in corpore sicut est nauta in navi:2...

Sed etiam hoc posito, adhuc secundum Platonis principia consequens est quod sint plures animae in homine et in animali. Posuerunt enim Platonici universalia esse formas separatas, quae de sensibilibus praedicantur in quantum participata sunt ab eis: utpote Socrates dicitur animal in quantum participat ideam animalis, et homo in quantum participat ideam hominis.3

Source: 1. Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F]; Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32 - 94.3],

2. Ncmcsius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593]; Aristotle, *DeAn.,1,* 2 [404a 23]; II, 1 [413a9].
3. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 16 [1040b 32-34].

[15] *De An.,* 15, *arg.* 11

Non per species innatas, sive concreatas: hoc enim videtur redire in opinionem Platonis, qui posuit omnes scientias esse nobis naturaliter inditas.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [993a 1-2]; *Post. Anal.,* II, 19 [99b 26-27]; St. Augustine, *De Trin., VDJ* [PL 42, 1011],

[16] *De An.,* 15, *c.*

Posuerunt enim quidam, scilicet Platonici, quod sensus sunt animae necessarii ad intelligendum, non per se, quasi ex sensibus in nobis causetur scientia, sed per accidens; in quantum scilicet per sensus quodammodo excitatur anima nostra ad rememorandum quae prius novit, et quorum scientiam naturaliter inditam habet.1 Et sciendum est, ad huiusmodi intelligentiam, quod Plato posuit species rerum separatas subsistentes et actu intelligibiles, et nominavit eas ideas;2 per quarum participationem, et quodammodo influxum, posuit animam nostram scientem et intelligentem esse.3 Et antequam anima corpori uniretur, ista scientia libere poterat uti; sed ex unione ad corpus in tantum erat praegravata, et quodammodo absorpta, quod eorum quae prius sciverat, et quorum scientiam connaturalem habebat, oblita videbatur.1 Sed excitabatur quodammodo per sensus, ut in seipsam rediret, et reminisceretur eorum quae prius intellexit, et quorum scientiam innatam habuit.1 Sicut etiam nobis interdum accidit quod ex inspectione aliquorum sensibilium, manifeste reminiscimur aliquorum, quorum obliti videbamur. Haec autem eius positio de scientia et sensibilibus, conformis est positioni eius circa generationem rerum naturalium. Nam formas rerum naturalium per quas unumquodque individuum in specie collocatur, ponebat provenire ex participatione idearum praedictarum; ita quod agentia inferiora non sunt nisi disponentia materiam ad participationem specierum separatarum.4

Et ideo aliter dicendum est quod potentiae sensitivae sunt necessariae animae ad intelligendum, non per accidens tamquam excitantes, ut Plato posuit;1...

Source: 1. Macrobius, *In Sont. Scip.,* I, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. et An.,* I [PL 40, 781].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],
3. See *Source* 2 under *S.T.* [56].
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18] ; 9 [991a 20 - b 3] ; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8]; XII, 5 [1071a 17-30]; Averroes, *In Meta.,* VII, *corn.* 31 [180E - 1811]; XII, *corn.* 18 [303E - 305vl]. See *Source* under *S. T.* [56].

[17] *De An.,* 15, *ad* 11

Ad undecimum dicendum quod anima separata non intelligit res per essentiam suam, neque per essentiam rerum intellectarum, sed per species influxas a substantiis superioribus in ipsa separatione; non a principio cum esse incepit, ut Platonici posuerunt.

Source: Macrobius, *In Sorn. Scip.* 1, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. el An., I* [PL 40, 781].

[18] *De An.,* 16, *c.*
Unde, dato quod quidditates separatae essent eiusdem rationis cum quidditatibus materialibus, non sequeretur quod qui intelligit has quidditates rerum materialium, intelligeret substantias separatas; nisi forte secundum opinionem Platonis, qui posuit substantias separatas esse species horum sensibilium.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].

[19] *De An.,* 19, *c.*
Circa operationes autem sensuum diversa fuit opinio. Plato enim posuit quod anima sensitiva per se haberet propriam operationem : posuit enim quod anima, etiam sensitiva, est movens seipsam et quod non movet corpus nisi prout est a se mota. Sic igitur in sentiendo est duplex operatio; una qua anima movet seipsam, alia qua movet corpus. Unde Platonici definiunt quod sensus est motus animae per corpus.[1] Unde et propter hoc quidam huiusmodi positionis sectatores distinguunt duplices operationes partis sensitivae: quasdam scilicet interiores, quibus anima sentit, secundum quod seipsam movet; quasdam exteriores, secundum quod movet corpus. Dicunt etiam quod sunt duplices potentiae sensitivae. Quaedam quae sunt in ipsa anima principium interiorum actuum; et istae manent in anima separata, corpore destructo cum suis actibus. Quaedam vero sunt principia exteriorum actuum; quae sunt in anima simul et corpore, et pereunte corpore, pereunt... Unde etiam brutorum animae essent immortales; quod est impossibile. Et tamen Plato hoc dicitur concessisse.[2]

Source: 1. Nemesius, *De Jiat. Horn.,* 6 [PG 40, 637] ; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788]; St. Augustine, *De Genesi ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475].
2. Nemesius, *De Jiat. Horn., 2* [PG 40, 580] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30 [A].

De Virtutibus

[1] De *Vir. in Com.,* 8, *c.*
Ahi autem dixerunt, formas esse totaliter ab extrínseco, vel participatione idearum, ut posuit Plato, vel intelligentia agente, ut posuit Avicenna; et quod agentia naturalia disponunt solummodo materiam ad formam.[1]

Similiter etiam et circa scientias et virtutes aliqui dixerunt, quod scientiae et virtutes insunt nobis a natura, et quod per studium solummodo tolluntur impedimenta scientiae et virtutis: et hoc videtur Plato posuisse; qui posuit scientias et virtutes causari in nobis per participationem formarum separatarum, sed anima impediebatur ab earum usu per unionem ad corpus; quod impedimentum tolli oportebat per studium scientiarum, et exercitium virtutum.[2]

Source: 1. Averroës, *In Mela.,* VII, *com.* 31 [180E-181I]; XII, *com.* 18 [303E-305vI].
2. Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 17 [D II, 170-172]; Chalcidius, *In Timaeum Platonis,* 193-209 [D II, 223-225]; Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 991a 12]; Cicero, *Tuse.,* I, 24; St. Augustine, *De Trin.,* II, 15 [PL 42, 1011]; *Oct. Tri. Quaes.,* 46; Macrobius, *In Som. Scip.,* 1,12, 7 [E 520.20-25]; Boethius, *DeCon. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; St.John Damascene, *De Fide Orth.,* Ill, 14 [PG 1037B and 1045B]; *De Sp. et An.,* I [PL 40, 781],

3. Quaestiones Quodubetales

[1] *Quodlib.,* Ill, 2, 3, *c.*
Similiter si intelligatur forma alicujus speciei esse non in materia, ut Platonici posuerunt, erit infinita secundum quid, quantum scilicet ad individua illius speciei; tamen erit finita, in quantum scilicet determinatur ad genus et speciem.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[2] *Quodlib.,* Ill, 3, 6, *c.*
Respondeo dicendum, quod impossibile est, id quod per creationem producitur, ab alio causari quam a prima omnium causa; cujus ratio est, secundum Platonicos, quia quanto aliqua causa est superior, tanto ejus causalitas ad plura se extendit.

Source: *Liber De Causis,* 1 [B 163.3-4],

[3] *Quodlib.,* IV, 2, 3, *c.*
Quidam enim posuerunt firmamentum illud ex quatuor elementis compositum; quae videtur esse positio Empedoclis; et secundum hoc, nihil prohibet dicere supra hoc caelum sidereum esse aquas elementares tamquam simpliciores, et super eas etiam ignem, a quo vocetur caelum empyreum. Aliorum autem positio est, quod caelum vel sit igneae naturae, sicut posuit Plato; vel non sit de natura quatuor elementorum, sed habens altiorem naturam, sicut posuit Aristoteles.

Source: St. Augustine, *DeCiv. Dei.,* VIII, 11 [D, E]; 15 [E]; Nemesius, *De Nat. Horn.,* 5 [PG 40, 625].

[4] *Quodlib.,* VII, 4, 10, *c.*
Posset ergo fieri miraculo ut natura albedinis subsisteret absque omni quantitate; tamen illa albedo non esset sicut haec albedo sensibilis, sed esset quaedam forma intelligibilis ad modum formarum separatarum, quas Plato posuit.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]. For the formal inference to the actual intelligibility of the Forms, see *S.T.,* I, 79, 3, *c.*

[5] *Quodlib.,* IX, 5, 11, *c.*
Quidam enim ut Plato et Avicenna, posuerunt omnes formas ab extrinseco esse; qui praecipue ex duobus movebantur. Primo quidem, quia cum formae non habeant materiam partem sui, non possunt fieri

ex nihilo, unde oportet quod a creante fiant. Secundo, quia in rebus inferioribus non videbant principia actionum, nisi qualitates activas et passivas, quas judicabant insufficientes ad productionem formarum substantialium, cum nihil agat ultra suam speciem.

Source: Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E-181I]; XII, *com.* 18 [303E-305vI].

4. The Commentaries

A. The Scripture Commentaries

a) The Old Testament

Expositio in Isaiam Prophetam

No text.

Expositio in Job

[1] *In Job,* 37, 1

Posuerunt enim Platonici, quod animae hominum derivabantur ab animabus stellarum; unde quando animae humanae suam dignitatem servant secundum rationem vivendo, revertuntur ad claritatem stellarum, unde defluxerunt: unde in somnio Scipionis legitur, quod civitatum electores et servatores hinc profecti, scilicet a caelo, huc revertuntur.

Source: The text from the *Somnium Scipionis* is quoted by Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 9 [E 509.21-22]: '... harum rectores et servatores hinc profecti huc revertuntur.' The exposition is given *ibid.* [E 509.21-512.8].

Expositio in Lamentationes Jeremiae

No text.

Expositio in Jeremiam Prophetam

No text.

In Psalmos Davidis Expositio

[1] *In Ps. Dav.,* 6

Prima vita significatur per quaternarium, quia est numerus corporum, ut etiam dicit Plato, quia per ipsum significantur dimensiones.

Source: Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.36-37].

b) The New Testament

Commentum in Evangelium S. Matthaei

[1] *In S. Mt.,* I, 4 [C 101]

Secundum autem Platonicos, quatuor est numerus corporum: corpus enim componitur ex quatuor elementis;...

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* 1, 6, 22-36 |E 488.28-492.1]. The inspiration for the text comes from St. Augustine *(De Cons. Evangel.,* Il, 4 [PL 34, 1075]) who, however, docs not mention Plato.

[2] *In S. Mt.,* X, 1 [C 824]
Alia ratio, quia – sicut docuit Plato quod homines non multum cooperirent nec pedes, nec caput – ut firmaret eos ut magis robusti essent ad sustinendum, praecepit eos ire discalceatos.

Source: St. Jerome, *In Ev. Mt.,* I, 10 [PL 26, 63]: 'Et Plato praecepit duas corporis summitates non esse velandas nec assuefieri debere mollitiei capitis et pedum.'

[3] *In S. Mt.,* XIII, 3 [C 1161]
Sequitur magnitudo. Et primo ponitur magnitudo; secundo confirmatur, ibi *Cum autem creverit,* idest pullulaverit, *maius est omnibus oleribus,* quia doctrina evangélica magis fructificavit quam doctrina legis, quia doctrina legis non fructificavit nisi inter ludaeos; unde dicebatur Ps. cxlvii, 20: Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua non manifestavit eis. Non enim fuit aliquis philosophus qui aliquam patriam potuerit totam convertere ad suam doctrinam; si enim aliquis philosophus, sicut Plato, dixisset quod talis et talis veniet, non crederetur ei. Ps. cxviii, 85: Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.

[4] *In S. Mt.,* XIV, 1 [C 1219]
Et ait pueris suis: Hic est loannes Baptista etc. Aliqui dixerunt quod ipse tenuit dogma de transfusione animarum: Plato enim et Pythagoras posuerunt, quod anima exiens ab uno corpore subintrat aliud corpus. Hanc opinionem Herodes tenens, ut dicunt, credebat quod anima loannis transisset in animam Christi.

Source: Nemesius, *De Nat. Horn.,* 2 [PG 40, 580]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.

Expositio in S. Pauli Epistolas
a cap. xi Primae ad Corinthios usque ad finem Hebr.

[1] *Super Ep. S. Pauli ad Rom.,* I, 7
Platonici etiam posuerunt quod omnibus substantiis rationalibus quae sunt supra nos cultus divinitatis debetur: puta daemonibus, animabus caelestium corporum, intelligentiis, id est substantiis separatis.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 12 [A]; 13 [B]; 14 [A]; 16; X, 1 [C]. In *S.T.,* II-H, 94, 1, *c.,* St. Thomas refers to Book 18 [probably to Chapter 14],

[2] *Super Ep. S. Pauli ad Rom.,* VII, 4
Et hoc est quod dicit, Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, id est, secundum rationem et mentem, quae interior homo dicitur, non quod anima sit effigiata secundum formam hominis, ut Tertullianus posuit, vel quod ipsa sola sit homo, ut Plato posuit, quod homo est anima utens corpore; sed quia id quod est principalius in homine dicitur homo, ut supra dictum est.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593]; Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9],

[3] *Super* I *Ep. S. Pauli ad Cor.,* XV, 2
Et ideo platonici ponentes immortalitatem, posuerunt reincorporationem, licet hoc sit haereticum:...

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 580].

[4] *Super Ep. S. Pauli ad Eph.,* II, 1
Et haec est opinio Joannis Damasceni, sc. quod primus eorum qui ceciderunt, praeerat ordini terrestrium, quod forte sumptum est ex dicto Platonis, qui ponebat quasdam substantias caelestes seu mundanas. Et secundum hoc exponitur hoc quod dicit, aeris hujus, id est, ad hoc creati, ut praesiderent aeri huic.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793; 796]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 1 [C] ; IX, 9 [A].

[5] *Super Ep. S. Pauli ad Coloss.,* I, 4
Circa quod sciendum est, quod Platonici ponebant ideas, dicentes, quod quaelibet res fiebat ex eo quod participabat ideam, puta hominis vel alicujus alterius speciei. Loco enim harum idearum nos habemus unum, sc. Filium verbum Dei.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35-b 3]

[6] *Super Ep. S. Pauli ad Coloss.,* I, 4
Platonici etiam dicunt quod Deus per se creavit creaturas invisibiles, sc. angelos, et per angelos creavit naturas corporeas.[1] Sed hoc excluditur hic, quia dicitur: Visibilia et invisibilia. De primo Hebr. xi: Fide intelligimus esse aptata saecula, ut ex invisibilibus visibilia fierent. De secundo autem Eccli. xxxiv: Pauca vidimus operum ejus, omnia autem Dominus fecit, etc. Haec autem distinctio est secundum creaturarum naturam. Tertia distinctio est ordinis et gradus in invisibilibus, cum dicit: Sive throni, etc. Platonici etiam errant hic: dicebant enim in rebus diversas esse perfectiones, et quamlibet attribuebant uni primo principio, et secundum ordines earum perfectionum ponebant ordines principiorum, sicut ponebant primum ens, a quo participant omnia esse, et illud principium ab isto, scii, primum intellectum, a quo omnia participant intelligere, et aliud principium vitam, a quo omnia participant vivere.[2] Sed nos non sic ponimus, sed ab uno principio res habent quicquid in eis perfectionis est.

Source: 1. Plato, *Timaeus,* interp. Chah, 16 [D II, 169-170] ; Macrobius, *In Som. Scip.,* 1, 14 [E 529-531] ; *Liber De Causis,* 3 [B 166]; Avicenna, *Meta.,* 4 [F 301] ; Algazel in Averroes, *Dest. Dest., disp.* 3 [52 D-F]; Avicebron, *Fons Vitae,* II, 24 [B 71.3-4]; III, 2 [B 76.26-27]; III, 6 [B 90.15-16].
2. Proclus, *Elementatio Theologica, Prop.* 101 [V 491]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 11, 6 [P 344-345].

[7] *Super Ep. S. Pauli ad Coloss.,* I, 4
Sed sciendum est, quod, sicut Gregorius et Dionysius dicunt, haec dona spiritualia, ex quibus nominantur hi ordines, communia sunt omnibus, tamen quidam nominantur a quibusdam, quidam ab aliis, cujus ratio accipitur ex dictis Platonicorum,[1] quia omne quod convenit alicui,

convenit tripliciter, quia aut essentialiter, aut participative, aut causaliter. Essentialiter quidem quod convenit rei secundum proportionem suae naturae, sicut homini rationale. Participative autem quod excedit suam naturam, sed tamen aliquid dc illo participat, sed imperfecte, sicut intellectuale homini, quod est supra rationale, et est essentiale angelorum et idem aliquid participat homo. Causaliter vero quod convenit rei supervenienter, sicut homini artificialia, quia in eo non sunt sicut in materia, sed per modum artis. Unumquodque autem denominatur solum ab eo quod convenit ei essentialiter. Unde homo non dicitur intellectualis nec artificialis, sed rationalis. De dictis autem donis in angelis, ea quae conveniunt superioribus essentialiter, inferioribus conveniunt participative; quae vero inferioribus essentialiter conveniunt, superioribus causaliter conveniunt. Et ideo superiores denominantur a superioribus donis. Supremum autem in creatura spirituali est quod attingit Deum, et quodammodo participat eum. Et ideo denominantur superiores ex hoc, quod attingunt Deum. Seraphim, quasi ardentes Deo vel incendentes; Cherubim, quasi scientes Deum; Throni, quasi habentes in seipsis sedentem Deum.

Source: 1. This is derived from the *Liber De Causis,* 11 [B 175; St. Thomas, Lectio 12] and Proclus, *Elementalio Theologica, Prop.* 103 [V 492].

[8] *Super Ep. S. Pauli ad Coloss.,* I, 6

Quod absconditum fuit a saeculis, id est, a principio saeculorum, et omnibus generationibus hominum, qui hoc scire non potuerunt. Quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo. Nam et si philosophi antiqui quaedam de Christi deitate videantur dixisse vel propria, vel appropriata, sicut Augustinus invenit in libris Platonis: In principio erat Verbum, etc., tamen quod Verbum caro factum est, nullus scire potuit.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 6, 8 [E 486]; 6, 20 [E 488]; 14, 5-6 [E 526]; 14, 15 [E 530]; 17, 11-13 [E 542]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 23 [B] ; 24 [A] ; 28 [C] ; 29 [D] ; *De Doct. Christ.,* II, 28, 43 [PL 34, 56]; Abelard, *Intro, ad Theol.,* I [PL 178, 1012-1013] ; Albertus Magnus, *In* I *Sent.,* 3, *F,* 18, *arg. 2* [B 25, 113]; *Meta.,* I, 4, 12 [B VI, 82-83]; *De Quindecim Problem., I [Phil. Belges* VII, 34]; Alexander Hal., *S.T., Tr. Intro.,* 2, 3 [QI, 18-19].

[9] *Super Ep. S. Pauli ad Coloss.,* II, 2

Sciendum est autem quod Platonici dicunt, quod divina dona perveniunt ad homines mediantibus substantiis separatis. Et hoc est verum etiam secundum Dionysium, sed hoc est quoddam speciale, quia ab eo immediate qui replet Angelos.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793 and 796]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 1 [C]; 13.

[10] *Super* I *Ep. S. Pauli ad Thess.,* I

Item quia Platonici putabant quasdam substantias separatas Deos esse parteipatione, dicitur vero, non participatione divinae naturae, sed quia servientes ei sunt remunerandi, ideo, quia sic estis, restat ut remunerationem expectetis.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15-16 [D II, 168-169]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 23; *Liber De Causis,* 3 [B 165.1-3; 166.15]; 18 [B 180.9]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 11,6.

In Evangelium S. Joannis Expositio

[1] *In S. Jo.,* I, 1

Per hoc etiam excluduntur errores philosophorum. Quidam enim philosophorum antiqui, scilicet naturales, ponebant, mundum non ex aliquo intellectu, neque per aliquam rationem, sed a casu fuisse: et ideo a principio rationem non posuerunt seu intellectum aliquam causam rerum, sed solam materiam fluitantem, utpote athomos, sicut Democritus posuit, et alia hujusmodi principia materialia, ut alii posuerunt. Contra hos est quod Evangelista dicit: In principio erat Verbum, a quo res scilicet principium sumpserunt, et non a casu. Plato autem posuit rationes omnium rerum factarum subsistentes separatas in propriis naturis,[1] per quarum participationem res materiales essent:[2] puta per rationem hominis separatam, quam dicebat per se hominem, haberent quod sint homines.[3] Sic ergo ne hanc rationem, per quam omnia facta sunt, intelligas rationes separatas a Deo, ut Plato ponebat, addit Evangelista: Et Verbum erat apud Deum. Alii etiam Platonici, ut Chrysostomus refert, ponebant Deum Patrem eminentissimum, et primum, sub quo ponebant mentem quamdam, in qua dicebant esse similitudines et ideas omnium rerum.[4]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; 9 [991a 20-b1]; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8]; XII, 6 [1071a 17-30].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 9-14; 21]; 9 [990b 28; 990b 30 - 991a 3; 991a 14; 991b 5]; VII, 5 [1031b 18]; 14 [1040a 27]; VIII, 4 [1045a 18; 1045b 8]; XII, 9 [1075b 19-20]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* II [F92.21-22]; Dionysius, *De Div. Norn.,* II, 5 [C 49].
3. Aristotle, *Meta.,* VII, 14 [1039a 30-32]; 15 [1040b 32-34]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35-b 3],
4. Chrysostom briefly refers to the Platonic theory in *In Jo.,* 2 [1] [PG 59, 31] and St. Thomas expands this in accordance with Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 14 [E 471]; 14, 6 [E 526].

[2] *In S. Jo.,* I, 1

...sicut Platonici volentes significare substantias separatas, puta bonum separatum, vel hominem separatum, vocabant illud ly per se bonum, vel ly per se hominem;...

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 14 [1039a30-32]; *Eth.,* 1,6 [1096a 35 - b 3],

[3] *In S. Jo.,* XVII, 5

Nam, ut Platonici dicunt ab hoc quaelibet res habet unitatem a quo habet bonitatem. Bonum enim est quod est rei conservativum; nulla autem res conservatur nisi per hoc quod est una.

Source: Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* XI [F 91-94]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 13 [V 270]; *Prop.* 119 [V 497-498],

B. The Commentaries on Aristotle

In X libros Ethicorum ad Nicomachum Expositio

[1] *In* I *Eth.,* 1 [P 9]

Circa quod considerandum est, quod bonum numeratur inter prima: adeo quod secundum Platonicos, bonum est prius ente. Sed secundum rei veritatem bonum cum ente convertitur.

Source: Dionysius, *De Div. Nom.,* 3, 1 [P 78-79]; 4, 1 [P 95-96].

[2] *In* I *Eth.,* 4 [P 49]

Sed quidam sapientes, scilicet Platonici, praeter haec diversa bona sensibilia, existimaverunt esse unum bonum, quod est secundum seipsum,[1] idest quod est ipsa essentia bonitatis separata: sicut enim formam separatam hominis dicebant per se hominem, sic bonum separatum per se bonum,[2] quod omnibus bonis est causa quod sint bona, inquantum scilicet participant illud summum bonum.[3]

Source: 1. *Littera.*

2. St. Thomas is here interpreting the separation of the Good in a fashion parallel to the separation of species in general. Cf. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-20] and St. Thomas, *In* I *Meta.,* 10 [154-155]; also Aristotle, *Meta.,* Ill, 2 [997b 3-5]. Aristotle himself compares the relationship of *per se bonum* and *bona* to that between *perse homo* and *homo* in 1096a 35 - b 3.

3. *Littera.*

[3] *In* I *Eth.,* 4 [P 51]

Deinde cum dicit 'non lateat'

Ostendit quo ordine ratiocinandum sit de hujusmodi opinionibus, et simpliciter in tota materia morali. Et assignat differentiam in processu ratiocinandi. Quia quaedam rationes sunt, quae procedunt a principiis, id est a causis in effectus: sicut demonstrationes propter quid. Quaedam autem e converso ab effectibus ad causas sive principia, quae non demonstrant propter quid, sed solum quia. Et hoc etiam Plato prius distinxit, inquirens utrum oporteat procedere a principiis vel ad principia. Et ponit exemplum de cursu stadiorum. Erant enim quidam athlothetae, idest praepositi athletis currentibus in stadio. Qui quidem athlothetae stabant in principio stadiorum. Quandoque igitur athletae incipiebant currere ab athlothetis et procedebant usque ad terminum, quandoque autem e converso. Et sic etiam est duplex ordo in processu rationis, ut dictum est.

Source: *Littera.*

[4] *In* I *Eth.,* 6 [P 74]

Postquam Philosophus reprobavit opiniones ponentium felicitatem in aliquo manifestorum bonorum, hic improbat opinionem ponentium felicitatem in quodam bono separato.[1]

Circa primum considerandum est, quod illud bonum separatum in quo Platonici ponebant hominis felicitatem consistere, dicebant universale bonum,[2] per cujus participationem omnia bona dicuntur.[3]

Source: 1. Aristotle, *Eth.,* I, 4 [1095a 26-28].
2. *Littera.*
3. See *Source* 2 and 3 under *In Eth.* [2].

[5] *In* I *Eth.,* 6 [P 75]
Ponit quid possit cum retrahere ab inquisitione talis opinionis. Et dicit, quod hujus inquisitio est contraria suae voluntati, propter hoc quod erat introducta a suis amicis, scilicet a Platonicis. Nam ipse fuit Platonis discipulus.[1] Improbando autem ejus opinionem, videbatur ejus honori derogare. Ideo autem potius hic hoc dicit quam in aliis libris, in quibus opinionem Platonis improbat, quia improbare opinionem amici non est contra veritatem, quae quaeritur principaliter in aliis speculativis. Est autem contra bonos mores, de quibus principaliter agitur in hoc libro.

Source: 1. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 12 [B],

[6] *In* I *Eth.,* 6 [P 78]
Dicit enim Andronicus peripateticus, quod sanctitas est, quae facit fideles et servantes ea quae ad Deum. Juxta hoc etiam est sententia Platonis, qui reprobans opinionem Socratis magistri sui, dicit, quod oportet magis de veritate curare, quam de aliquo alio. Et alibi dicit, amicus quidem Socrates, sed magis amica veritas. Et in alio loco, de Socrate quidem parum est curandum, de veritate multum.

[7] *In* I *Eth.,* 6 [P 79]
Deinde cum dicit 'ferentes autem'

Improbat Platonis positionem dicentem, quod felicitas hominis consistit in quadam communi idea boni. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod non est una communis idea boni.[1] Secundo ostendit, quod etiam si esset, non consisteret in ea humana felicitas, ibi, 'Sed forte hoc quidem relinquendum est nunc, etc.' Circa primum duo facit. Primo ostendit, quod non sit una communis idea boni.[2] Secundo inquirit de modo loquendi, quo Platonici hanc ideam nominabant, ibi, 'Quaereret autem quis utique etc.' Circa primum considerandum est, quod Aristoteles non intendit improbare opinionem Platonis quantum ad hoc quod ponebat unum bonum separatum, a quo dependerent omnia bona. Nam ipse Aristoteles in duodecimo Metaphysicorum ponit quoddam bonum separatum a toto universo, ad quod totum universum ordinatur, sicut exercitus ad bonum ducis. Improbat autem opinionem Platonis quantum ad hoc, quod ponebat bonum separatum esse quamdam ideam communem omnium bonorum.[3] Ad quod quidem improbandum utitur triplici ratione.

Source: 1, 2 and 3. This is drawn from subsequent sections of the *littera* (Cf. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 28-29]).

[8] *In* I *Eth.,* 6 [P 80]
Quarum prima sumitur ex ipsa positione Platonicorum, qui non faciebant aliquam ideam in illis generibus in quibus invenitur prius et posterius, sicut patet in numeris. Nam binarius naturaliter prior est ternario. Et ideo non dicebant Platonici, quod numerus communis esset quaedam idea separata; ponebant autem singulos numeros ideales separatos, puta binarium, ternarium et similia.[1] Et hujus ratio est, quia ea in quibus invenitur prius et posterius, non videntur esse unius ordinis, et

per consequens nec aequaliter unam ideam participare. Sed in bonis invenitur prius et posterius. Quod manifestat ex hoc, quod bonum invenitur in eo quodquidest, idest substantia, et similiter in qualitate, et etiam in aliis generibus. Manifestum est autem, quod illud quod est ens per seipsum, scilicet substantia, est naturaliter prius omnibus his quae non habent esse nisi in comparatione ad substantiam, sicut est quantitas, quae est mensura substantiae, et qualitas quae est dispositio substantiae, et ad aliquid, quod est habitudo substantiae. Et idem est in aliis generibus, quae omnia assimilantur propagini entis, idest substantiae, quae est principaliter ens, a qua propaginantur et derivantur omnia alia genera. Quae etiam in tantum dicuntur entia, inquantum accidunt substantiae. Et ex hoc concludit, quod non potest esse quaedam communis idea boni.2

Source: 1. This position is described in Aristotle, *Meta.,* Ill, 3 [999a 6-12]. St. Thomas clearly reads the two texts in function of each other, identifying the position in the *Metaphysics* as Platonic *(In Meta.* [95]) and elaborating the *Ethics* text from the *Metaphysics.*
2. *Littera.*

[9] *In* I *Eth.,* 6 [P 81]
Secundam rationem ponit ibi ‘amplius autem’

Ad cujus evidentiam sciendum est, quod Plato ponebat ideam esse rationem et essentiam omnium eorum, quae ideam participant.1 Ex quo sequitur, quod eorum quorum non est una ratio communis, non possit esse una idea. Sed diversorum praedicamentorum non est una ratio communis. Nihil enim univoce de his praedicatur. Bonum autem sicut et ens, cum convertatur cum eo, invenitur in quolibet praedicamento. Sicut in quodquidest, idest substantia, bonum dicitur Deus, in quo non cadit malitia, et intellectus, qui semper est rectus. In qualitate autem virtus, quae bonum facit habentem. In quantitate autem commensuratum, quod est bonum in quolibet quod subditur mensurae. In ad aliquid autem bonum quod est utile, quod est bonum relatum in debitum finem. In quando autem tempus, scilicet opportunum, et in ubi locus congruus ad ambulandum, sicut dicta. Et idem patet in aliis generibus. Manifestum est ergo, quod non est aliquid unum bonum, quod scilicet sit idea, vel ratio communis omnium bonorum:2 alioquin oporteret, quod bonum non inveniretur in omnibus praedicamentis, sed in uno solo.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; 9 [991b 1-3].
2. *Littera.*

[10] *In* I *Eth.,* 6 [P 82]
Ad cujus evidentiam sciendum est, quod sicut Plato ponebat quod res extra animam existentes assequuntur formam generis vel speciei per hoc quod participant ideam,1 ita quod anima non cognoscit lapidem nisi per hoc quod participat ideam lapidis, ita anima illarum scientiam et cognitionem participat per hoc, quod ipsarum formae sive ideae in ipsa imprimuntur.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14; 8-11].
2. See *Source* 2 under *S.T.* [56].

111] /n I *Eth.,* 7 [P 83]

Ostendit supra Philosophus, quod non est idea communis omnium bonorum? Sed quia Platonici illud bonum separatum non solum vocabant ideam boni, sed etiam per se bonum, hinc intendit inquirere Aristoteles utrum convenienter dicatur?

Source: 1. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 28-29].
2. *Littera.*

112] *In* I *Eth.,* 7 [P 84]

Circa primum considerandum est, quod illud bonum separatum, quod est causa omnium bonorum? oportet ponere in altiori gradu bonitatis, quam ea quae apud nos sunt, eo quod est ultimus finis omnium. Per hoc autem dictum videtur, quod non sit altioris gradus in bonitate, quam alia bona. Et hoc manifestat per hoc, quod unumquodque separatorum vocabant per se, ut per se hominem, et etiam per se equum?

Source: 1. Aristotle, *Eth.,* I, 4 [1095a 26-28].
2. *Littera.*

[13] *In* I *Eth.,* 7 [P 86]

Sed si ponamus non esse unam speciem vel ideam boni, ut Platonici posuerunt, sed quod bonum dicitur sicut ens in omnibus generibus, hoc ipsum quod est diuturnitas erit bonum in tempore.

Source: Aristotle, *Eth.,* I. 6 [1096a 22-23; 28-29].

[14] *In* I *Eth.,* 7 [P 87-88]

Comparat praedictam positionem positioni Pythagoricorum. Circa quod considerandum est, quod secundum Platonicos eadem erat ratio boni et unius. Et ideo ponebant idem esse per se unum et per se bonum. Unde necesse erat, quod ponerent unum primum bonum, quod quidem Pythagorici non faciebant.1...

Dicit ergo, quod quantum ad hoc probabilius dixerunt Pythagorici quam Platonici, quia non cogebantur ponere unam rationem boni. Unde et Speusippus, qui fuit nepos Platonis, filius sororis ejus, et successor ejus in scholis, in hoc non fuit secutus Platonem, sed magis Pythagoram?

Source: 1. Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* XI [F 91-94],
2. "... post mortem vero Platonis Speusippus, sororis eius filius, et Xenocrates ... in scholam eius... eidem successissent' (St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 12 [B]).

115] *In* I *Eth.,* 7 [P 89]

Deinde cum dicit 'his autem'

Ostendit, quod dicere illud bonum separatum esse per se bonum, repugnat ei quod est unam esse ideam omnium bonorum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit, quod per se bonum non potest esse communis idea omnium bonorum. Secundo, quod non potest esse communis idea, esse omnium quae dicuntur per se bona, ibi, 'Dividentes igitur, etc? Tertio respondet cuidam quaestioni, ibi, 'Sed qualiter utique? Dicit ergo primo, quod contra ea quae dicta sunt a Platonicis, occulte apparet quaedam dubitatio propter hoc, quia cum loquitur de illo per se bono, non videtur de omni bono sermones dici quantum ad ipsam apparentiam verborum, et fieri quantum ad convenientiam rerum. Et hoc ideo quia diversae sunt species vel rationes bonorum.

Source: Aristotle, *Eth.,* I, 4 [1095a 26-28; 35 - b 3].

[16] *In* I *Eth.,* 19 [P 230]
Deinde cum dicit 'haec autem'
Movet quamdam dubitationem esse in proposito praetermittendam: utrum scilicet hae duae partes animae rationalis et irrationalis sint distinctae adinvicem subjecto loco et situ, sicut particulae corporis vel cujuscumque alterius continui divisibilis, sicut Plato posuit rationale esse in cerebro, concupiscibile esse in corde et nutritivum in hepate; vel potius hae duae partes non dividantur secundum subjectum sed solum secundum rationem, sicut in circumferentia circuli curvum, idest convexum et concavum non dividuntur subjecto, sed solum ratione. Et dicit quod quantum pertinet ad propositum non differt quid horum dicatur. Et ideo praetermittit hanc quaestionem ad propositum non pertinentem.

Source: Averroës, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F]; Themistius, *De An. Par., V* [CG V, 93.32-94.3].

[17] *In* II *Eth.,* 3 [P 268]
Unde, sicut Plato dixit, oportet eum, qui tendit ad virtutem, statim a juventute aliqualiter manuduci, ut gaudeat et tristetur de quibus oportet. Haec est enim recta disciplina juvenum ut assuescant quod delectentur in bonis operibus et tristentur de malis. Et ideo instructores juvenum cum bene faciunt applaudunt eis, cum malefaciunt increpant eos.

Source: *Littera.*

[18] *In* VII *Eth.,* 13 [P 1503]
Platonici enim, quorum erat haec opinio quod delectatio non sit bonum,1 non ponebant quod delectatio sit malum simpliciter et secundum se, sed negabant eam esse bonum aliquid, inquantum est quoddam imperfectum vel impedimentum virtutis, sicut patet ex processu praemissarum rationum.

Source: 1. Identified as Platonic in Aristotle, *Eth.,* X, 2 [1172b 28-29],

[19] *In* IX *Eth.,* 10 [P 1887]
Ponebant enim gentiles, et maxime Platonici, talem esse providentiae ordinem, quod res humanae mediantibus daemonibus per divinam providentiam gubernarentur;1 daemonum tamen dicebant quosdam esse bonos, quosdam esse malos?

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 44 [PG 40, 793 ;796] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 14 [A] ; IX, 1 [C] *et passim* through Books VIII, IX and X.
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 2 [B].

[20] *In X Eth.,* 2 [P 1971-1974]
Deinde cum dicit 'tali utique'
Prosequitur opinionem ponentium, delectationem non esse bonum. Et primo ostendit, quomodo obviant praemissis rationibus. Secundo ponit rationes eorum, quas in contrarium adducunt, ibi, 'Non tamen si non etc.' Circa primum duo facit. Primo ostendit, quomodo ratione superius inducta, ad ostendendum delectationem esse optimum, utebantur ad contrarium. Secundo ostendit, quomodo obviabant aliis

rationibus, ibi, 'Instantes autem etc.' Circa primum duo facit. Primo manifestat, quomodo Plato utebatur praemissa ratione ad oppositum. Secundo solvit processum Platonis, ibi, 'Manifestum est autem etc.' Dicit ergo primo, quod per rationem immediate praemissam Plato, qui erat contrariae opinionis, interimere conabatur, quod dictum est, ostendendo, quod delectatio non est per se bonum. Manifestum est enim, quod delectatio est eligibilior si adjungatur prudentiae. Quia igitur delectatio commixta alteri melior est, concludebat, quod delectatio non sit per se bonum. Illud enim, quod est per se bonum, non fit eligibilius per appositionem alterius.[1]

Circa quod sciendum est, quod Plato per se bonum ponebat id quod est ipsa essentia bonitatis, sicut per se hominem ipsam essentiam hominis. Ipsi autem essentiae bonitatis nihil potest apponi, quod sit bonum alio modo, quam participando essentiam bonitatis. Et ita quicquid bonitatis est in eo quod additur est derivatum ab ipsa essentia bonitatis. Et sic per se bonum non fit melius aliquo addito.[2]

Deinde cum dicit 'manifestum autem'

Improbat Aristoteles processum Platonis. Manifestum est, quod secundum hanc rationem nihil in rebus humanis erit per se bonum, cum quodlibet humanum bonum fiat eligibilius additum alicui per se bono. Non enim potest inveniri aliquid in communicationem humanae vitae veniens quod sit tale, ut scilicet non fiat melius per appositionem alterius. Tale autem aliquid quaerimus, quod scilicet in communicationem humanae vitae veniat. Qui enim dicunt delectationem esse bonum, intendunt eam esse humanum bonum, non autem ipsum divinum bonum, quod est ipsa essentia bonitatis.

Deinde cum dicit 'instantes autem'

Ostendit quomodo Platonici obviabant rationibus Eudoxi probantibus delectationem esse bonum. Et primo quomodo obviabant rationi quae sumebatur ex parte ipsius delectationis. Secundo quomodo obviabant rationi quae sumebatur ex parte contrarii, ibi, 'Videtur autem etc.' Obviabant autem primae rationi interimendo istam: Bonum est quod omnia appetunt. Sed Aristoteles hoc improbat dicens, quod illi qui instant rationi Eudoxi dicentes quod non est necessarium esse bonum id quod omnia appetunt, nihil dicere videntur.

Source: 1. *Littera* [1172b 28-32].
2. St. Thomas here uses the earlier dicussion of *bonum per se* (*In Eth.* [2]) to interpret the present argument.

[21] *In* X *Eth.,* 3 [P 1980-1996]

Postquam Philosophus removit obviationem Platonicorum ad rationes Eudoxi, hic ponit rationes eorum contra ipsam positionem Eudoxi. Et circa hoc duo facit. Primo proponit rationes ad ostendendum quod delectatio non sit de genere bonorum. Secundo ponit rationes ad ostendendum quod delectatio non sit per se et universaliter bonum, ibi, 'Manifestare autem videtur etc.' Et quia primae rationes falsum concludunt, ideo Aristoteles simul ponendo eas, destruit eas. Ponit ergo circa primum quatuor rationes. Quarum prima talis est. Bonum videtur ad genus qualitatis pertinere: quaerenti enimquale est hoc, respondemus, quoniam bonum. Delectatio autem non est qualitas; ergo non est bonum.

Sed hoc Aristoteles removet dicens: quod non sequitur, si delectatio non sit de genere qualitatum, quod propter hoc non sit de genere bo-

norum. Bonum enim dicitur non solum in qualitate, sed etiam in omnibus generibus, sicut in primo dictum est.

Secundam rationem ponit ibi 'dicunt autem'

Et primo ponit ipsam rationem Platonicorum: dicebant enim quod esse bonum est determinatum, ut patet ex his quae supra in nono dicta sunt. Delectatio autem, ut dicunt, est indeterminata. Quod probabant per hoc quod recipit magis et minus. Et sic concludebant quod delectatio non esset de genere bonorum.

Secundo ibi 'siquidem igitur'

Destruit hujusmodi processum. Circa quod considerandum est, quod dupliciter aliquid recipit magis et minus. Uno modo in concreto. Alio modo in abstracto. Semper enim dicitur aliquid magis et minus per accessum ad aliquid unum vel recessum ab eo. Quando ergo id quod inest subjecto est unum et simplex, ipsum quidem in se non recipit magis et minus. Unde non dicitur magis et minus in abstracto. Sed potest dici secundum magis et minus in concreto, ex eo quod subjectum magis et minus participat hujusmodi formam. Sicut patet in luce, quae est una et simplex forma. Unde non dicitur ipsa lux secundum magis et minus. Sed corpus dicitur magis vel minus lucidum, eo quod perfectius vel minus perfecte participat lucem.

Quando autem est aliqua forma quae in sui ratione importat quamdam proportionem multorum ordinatorum ad unum, talis forma etiam secundum propriam rationem recipit magis et minus. Sicut patet de sanitate et pulchritudine; quorum utrumque importat proportionem convenientem naturae ejus quod dicitur pulchrum vel sanum. Et quia hujusmodi proportio potest esse vel magis vel minus conveniens, inde est quod ipsa pulchritudo vel sanitas in se considerata dicitur secundum magis et minus. Et ex hoc patet quod unitas secundum quam est aliquid determinatum, est causa quod aliquid non recipiat magis et minus. Quia ergo delectatio recipit magis et minus, videbatur non esse aliquid determinatum, et per consequens non esse de genere bonorum.

Aristoteles ergo huic obviando, dicit quod si Platonici dicant delectationem esse quid indeterminatum ex eo quod recipit magis et minus in concreto, videlicet per hoc quod contingit aliquem delectari magis et minus, erit idem dicere circa justitiam et alias virtutes, secundum quas aliqui dicuntur aliquales magis et minus. Sunt enim aliqui magis et minus justi et fortes. Et idem etiam accidit circa actiones. Contingit enim quod aliquis agat juste et temperate magis et minus. Et secundum hoc, vel virtutes non erunt de genere bonorum, vel praedicta ratio non removet delectationem esse de genere bonorum.

Si vero dicant delectationem recipere magis et minus ex parte ipsarum delectationum: considerandum est ne forte eorum ratio non referatur ad omnes delectationes, sed assignent causam quod quaedam delectationes sunt simplices et immixtae, puta delectatio quae sequitur contemplationem veri, quaedam autem delectationes sunt mixtae, puta quae sequuntur contemperandam aliquorum sensibilium, sicut quae sequuntur harmoniam sonorum, aut commixtionem saporum, seu colorum. Manifestum est enim, quod delectatio simplex secundum se non recipit magis et minus, sed sola mixta; inquantum scilicet contemperantia sensibilium quae delectationem causât potest magis vel minus convenire naturae ejus qui delectatur.

Sed tamen neque etiam delectationes quae secundum se magis et

minus recipiunt ratione suae commixtionis, oportet non esse determinatas, neque bonas. Nihil enim prohibet quod delectatio recipiens magis et minus sit determinata, sicut et sanitas. Hujusmodi enim determinata dici possunt, inquantum aliqualiter attingunt id ad quod ordinantur, licet possent propinquius attingere. Sicut commixtio humorum habet rationem sanitatis ex eo quod attingit convenientiam humanae naturae; et ex hoc dicitur determinata, quasi proprium terminum attingens.

Sed complexio quae nullo modo ad hoc attingit, non est determinata, sed est procul a ratione sanitatis. Ideo autem sanitas secundum se recipit magis et minus, quia non est eadem commensuratio humorum in omnibus hominibus, neque etiam in uno et eodem est semper eadem. Sed etiam si remittatur, permanet ratio sanitatis usque ad aliquem terminum. Et sic differt sanitas secundum magis et minus. Et eadem ratio est de delectatione mixta.

Tertiam rationem ponit ibi 'perfectumque'

Et circa hoc duo facit. Primo proponit ipsam rationem. Ponebant enim Platonici, id quod est per se bonum esse quoddam perfectum. Omnes autem motiones et generationes sunt imperfectae. Est enim motus actus imperfecti, ut dicitur in tertio Physicorum. Unde nullam motionem seu generationem ponunt esse de genere bonorum. Nituntur autem affirmare quod delectatio sit motio vel generatio. Unde concludunt quod delectatio non est per se bonum.

Secundo ibi 'non bene'

Excludit hanc rationem dupliciter. Primo quidem quantum ad hoc, quod dicunt delectationem esse motionem. Et dicit quod non bone videntur dicere dum dicunt, delectationem esse motionem. Omnis enim motio videtur esse velox aut tarda. Velocitas autem et tarditas non conveniunt motioni absolute secundum seipsam, sed per respectum ad aliud. Sicut motio mundi, idest motus diurnus, quo revolvitur totum caelum, dicitur velox per respectum ad alios motus.

Et hujus ratio est, quia sicut in sexto Physicorum habetur, velox est, quod in pauco tempore multum movetur; tardum autem, quod in multo parum. Multum autem et paucum dicuntur ad aliquid, ut habetur in Praedicamentis. Sed delectationi non competit neque velocitas neque tarditas. Contingit quidem quod aliquis velociter pervenit ad delectationem, sicut aliquis velociter provocatur ad iram. Sed quod aliquis delectetur velociter vel tarde, non dicitur, neque etiam per respectum ad alterum, sicut velociter dicitur aliquis aut tarde ire, aut augeri, et omnia hujusmodi. Sic ergo patet, quod contingit velociter et tarde, quod aliquis transponatur in delectationem, idest quod perveniat ad ipsam.

Et hoc ideo, quia per aliquem motum potest perveniri ad delectationem. Sed non contingit velociter operari secundum delectationem, ut scilicet aliquis velociter delectetur. Quia ipsum delectari magis est in facto esse quam in fieri.

Secundo ibi 'et generatio'

Excludit rationem Platonicorum quantum ad hoc, quod ponebant delectationem esse generationem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod delectatio non sit generatio. Secundo ostendit originem hujus opinionis, ibi, 'Opinio autem etc.' Dicit ergo primo, quod delectatio non videtur esse generatio. Non enim videtur quodlibet ex quolibet generari. Sed unumquodque, ex quo generatur, in hoc dissolvitur. Et oportet, si

delectatio est generatio, quod ejusdem tristitia sit corruptio, cujus delectatio est generatio. Et hoc quidem Platonici asserunt, Dicunt enim quod tristitia est defectus ejus quod secundum naturam. Videmus enim quod ex separatione ejus, quibus naturaliter unitur, sequitur dolor. Et similiter dicunt, quod delectatio sit repletio : quia cum apponitur aliquid alicui, quod ei convenit secundum naturam, sequitur delectatio.

Sed hoc ipse reprobat; quia separatio et repletio sunt corporales passiones. Si ergo delectatio est repletio ejus quod est secundum naturam, sequitur illud delectari, in quo est repletio. Sequitur ergo, quod corpus delectetur. Sed hoc non videtur esse verum; quia delectatio est passio animae. Patet ergo, quod delectatio non est ipsa repletio seu generatio, sed quoddam ad hoc consequens. Facta enim repletione aliquis delectatur, sicut facta incisione aliquis dolet et tristatur.

Deinde cum dicit 'opinio autem'

Ostendit originem hujus opinionis. Et dicit, quod haec opinio quae ponit delectationem esse repletionem, et tristitiam subtractionem, videtur provenisse ex tristitiis et delectationibus, quae sunt circa cibum. Illi enim qui prius fuerunt tristati propter indigentiam cibi, postea delectantur in ipsa repletione. Sed hoc non accidit circa omnes delectationes, in quibus non est repletio alicujus defectus. Delectationes enim quae sunt in considerationibus mathematicis, non habent tristitiam oppositam, quam ponunt in defectu consistere. Et ita hujusmodi delectationes non sunt ad repletionem defectus. Et idem apparet in delectationibus quae sunt secundum sensus, puta per olfactum, auditum, visum praesentium sensibilium.

Sunt etiam multae species memoriae delectabiles; nec causa potest assignari, cujus generationes sunt hujusmodi delectationes; quia non inveniuntur aliqui defectus praecedentes quorum fiat repletio per hujusmodi delectationes. Dictum est autem supra, quod cujus generatio est delectatio, ejus corruptio est tristitia. Unde, si aliqua delectatio invenitur absque defectu tristitiae, sequitur quod non omnis delectatio sit tristitia.

Source: Aristotle does not expressly identify the opinions here discussed as Platonic. However, the identification can easily be made from the parallel discussion in Nemesius *(De Nat. Hom.,* 18 [PG 40, 681]) where the Platonic definition is also reported. The content of the commentary is based directly on the *littera.*

[22] *In* X *Eth.,* 5 [P 2005]

Postquam Philosophus determinavit de delectatione secundum aliorum opinionem, hic determinat de ea secundum veritatem. Et primo ostendit delectationem non esse in genere motus, seu generationis, sicut a Platonicis ponebatur. Secundo determinat naturam et proprietatem ipsius, ibi, 'Sensus autem omnis etc.' Circa primum tria facit. Primo dicit de quo est intentio, et modum agendi. Et dicit, quod manifestius fiet per sequentia, quid sit delectatio secundum genus suum, vel quale quid sit, idest utrum sit bona vel mala, si a principio resumamus considerationem de ipsa.

Source: See *In Eth.* [21]; Aristotle, *Eth.,* X, 3 [1173a 29-31].

In 111 primos libros Politicorum Aristotelis

11] *In* I *Pol.,* 1 [S 30]

Ponit aliud signum per ea quae de diis dicebantur. Et dicit, quod propter praemissa omnes gentiles dicebant, quod eorum dii regebantur ab aliquo rege, dicentes lovem esse regem deorum. Et hoc ideo, quia homines adhuc aliqui regibus reguntur, antiquitus autem fere omnes regebantur regibus. Hoc autem fuit primum regimen, ut infra dicetur. Homines autem sicut assimilant sibi species deorum, idest, formas eorum, aestimantes deos esse in figura quorumdam hominum, ita et assimilant sibi vitas deorum idest, conversationes, aestimantes eos conversari secundum quod vident conversari homines. Hic Aristoteles nominat more platonicorum substantias separatas a materia, ab uno tantum summo Deo creatas, quibus gentiles erronee et formas et conversationes hominum attribuebant, ut hic Philosophus dicit.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15-16 [D II, 168-169]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 23; *Liber De Causis,* 3 [B 165.1-3; 166.15]; 18 [B 180.9]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 11, 6 [P 421-425].

[2] *In* II *Pol.,* 1 [S 172]

Prima dividitur in tres. Primo ponit ordinationem civitatis, quam tradidit Socrates vel Plato discipulis eius, qui in suis libris Socratem loquentem introducit.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 4 [B].

[3] *In* II *Pol.,* 1 [S 172]

Circa primum duo facit. Primo pertractat quamdam quaestionem de quadam ordinatione, quam Plato dixit esse utilissimam civitati.

Source: *Littera.*

|4] *In* II *Pol.,* 1 [S 175-184]

Sed in filiis et uxoribus et possessionibus contingit cives communicare adinvicem, sicut traditur in politica Platonis: ibi enim dixit Socrates quod oportet ad optimam civitatem, quod sint communes possessiones omnium civium et communes uxores, ita scilicet quod indifferenter omnes accedant ad omnes; et per consequens sequitur quod filii sint communes propter incertitudinem filiorum:1 et hoc tangit in principio Timaei.2 Quaerendum est ergo, utrum melius sic habere conversationem, aut secundum legem quam Socrates in sua politica scripsit.

... Primo improbat legem Socratis quantum ad communitatem uxorom et filiorum.3...

... Primo proponit ea secundum quae potest apparere positio Socratis de communitate uxorum inconveniens.3...

... Secundum est quod causa propter quam Socrates dixit, hoc oportere lege ordinari, non videtur esse rationabilis. Tertium est quod per istam legem non posset perveniri ad finem et utilitatem civitatis, quam Socrates existimabat.3...

... Primo proponit causam legis quam Socrates assignabat.3...

Dicit ergo primo, quod Socrates supponebat hoc quasi principium, quod optimum esset civitati quod esset una quantumcumque posset:

propter hoe enim volebat omnia esse communia, etiam filios et uxores, ut cives essent maxime ad invicem uniti.[3]

Sic igitur patet quod, cum de ratione civitatis sit quod civitas ex dissimilibus construatur, non est contra unum quod Socrates putavit quod oporteat civitatem esse maxime unam;[3]...

Unde patet falsum esse quod Socrates dixit optimum esse in civitate quod sit maxime una.[3]

Source: 1. *Littera.*
2. Not mentioned in the *littera.* Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 2 [D II, 150].
3. *Littera.*

[5] *In* II *Pol.,* 2 [S 185-188]

Postquam reprobavit causam quam Socrates assignabat, legis ferendae de communitate mulierum et filiorum, ostendens non esse optimum in civitate quod sit maxime una: hic incipit ostendere quod civitas non consequitur maximam unitatem per legem praemissam....

... Sed si omnes dicerent de una et eadem re, 'hoc est meum,' omnium studia ferrentur in unum; et sic, sicut putabat Socrates, civitas esset maxime una....

Sic igitur patet quod quidam sophisticus syllogismus est secundum quem procedebat Socrates dicens quod dicere omnes, hoc est meum, est signum perfectae unitatis:...

... Per quam ostendit quod dictum Socratis non solum non est utile civitati, sed etiam infert maximum nocumentum.... Secundum autem legem Socratis sequitur quod unusquisque civis haberet mille filios vel plures; et sic minus curabit de singulis quam si haberet unum solum....

... Dicens quod isto modo, idest secundum positionem Socratis, unusquisque civium dicet de unoquoque civium bene operante, vel male, quotcumque contingat eos esse, dicet inquam, 'hic est meus,' aliquod secundum naturam existens, puta, 'hic meus filius,' vel 'illius'....

... Sic igitur patet, quod non solum secundum legem Socratis multi cives dicent de uno et eodem, hic est meus,...

... Multo autem melius et efficacius est ad amicitiam et curam impendendam, quod aliquis aestimet esse aliquem proprium nepotem, quam cum aestimet eum filium communem per modum quo Socrates ponit;...

... Et dicit, quod quamvis Socrates putaret per communitatem filiorum et mulierum hoc evitare, ut nullus dicat esse suum proprium filium vel fratrem, sed communiter hoc opinentur, tamen non potest hoc effugere,...

Unde manifestum est, quod Socrates per legem quam dicit esse ferendam de communitate uxorum et filiorum, non potest hoc consequi, ut non sint privati affectus inter homines.

Source: *Littera.*

[6] *In* II *Pol.,* 3 [S 189-194]

Postquam Philosophus ostendit, quod causa, quam Socrates assignabat, suae legis, non erat rationabilis, scilicet quod optimum esset civitati esse maxime unam, et iterum quod maxima unitas non provenit ex

communitate mulierum et liliorum, hic tertio vult ostendere multas difficultates et inconvenientia, quae consequenter ex tali lege: et proponit sex rationes....

Socrates ergo praesentiens hoc inconveniens, voluit ipsum vitare tali statuto, ut per principes civitatis impediretur coitus filii cum matre, cum oportebat esse certum ad minus apud principes civitatis, qui filium susciperent nutriendum ; et similiter, ut impediretur per eosdem principes coitus patris ad filiam, quando aliqua coniectura posset haberi, quod haec esset filia illius.

Sed hoc statutum Socratis Philosophus impugnat dupliciter....

... Et dicit quo ista lex Socratis de communitate uxorum et filiorum, magis est utilis agricolis et aliis infimae conditionis hominibus,... Unde patet, quod haec lex Socratis impedit amicitiam civitatis, quae debet esse inter principes et subiectos.

... et iterum contrarium ei, propter quod Socrates putavit, quod debeat ordinari lex de pueris et uxoribus.... Socrates etiam dixit, quod optimum in civitate erat, quod esset una: unitas autem hominum adinvicem est effectus amicitiae, et sicut communiter videtur omnibus, et etiam sicut Socrates dixit....

Sic igitur patet quod si sit talis ordinatio civitatis qualem Socrates lege ordinavit, diminueretur amicitia civium adinvicem; quod est contra intentionem legislatorum.

... Et dicit quod secundum ordinationem Socratis oportebat quod fieret transmutatio filiorum; ut illi scilicet qui essent nati a quibusdam matribus, aliis darentur ad nutriendum, ita quod nullus cognosceret proprium filium.... Unde lex Socratis non consequeretur intentum, et cum hoc induceret magnam turbationem....

Source: *Littera.*

[7] *In* II *Pol.,* 4 [S 196-206]

Postquam Philosophus improbavit legem Socratis quantum ad communitatem mulierum et puerorum, hic improbat eam quantum ad communitatem possessionum....

Et primo improbat legem Socratis de communitate possessionum, ostendens quae mala ex ea sequerentur.

Hanc autem delectationem, quae est de rebus propriis habendis aufert lex Socratis.

Tertiam rationem ponit, ibi, ‘At vero et largiri etc.’ Et dicit quod valde delectabile est quod homo donet vel auxilium ferat vel amicis, vel extraneis vel quibuscumque aliis: quod quidem fit per hoc quod homo habet propriam possessionem: unde etiam hoc bonum tollit lex Socratis auferens proprietatem possessionum.

Debet enim legislator sustinere aliqua mala, ne priventur maiora bona: tot autem bona privantur per hanc legem Socratis, quod videtur esse impossibilis talis conversatio vitae, ut patet per inconvenientia supra posita.

Source: *Littera.*

[8] *In* II *Pol.,* 5 [S 207-222]

Postquam Philosophus impugnavit legem Socratis ostendens eam esse inconvenientem, hic impugnat eam ostendens esse insufficientem....

Dicit ergo primo, quod causa quare Socrates deviavit a veritate circa legem de communitate possessionum, filiorum et uxorum, oportet putare fuisse, quia supponebat quamdam suppositionem non rectam: scilicet quod summum bonum civitatum esset quod ipsa esset maxime una....

Et hoc maxime manifestum fit, si quis per experientiam operis inspiciat talem ordinem civitatis institutum, qualem Socrates dixit....

Ostendit inconvenientiam legis Socraticae quantum ad id quod ponebat....

... Et dicit, quod non solum lex Socratis facere videbatur, nisi quod municipes agros non colerent tamquam non proprios existentes, sed neque etiam Socrates dixit quis modus esset totius conversationis politicae instituendae secundum suam legem communicantibus, idest habentibus omnia communia, neque etiam possibile est a quovis alio dici hac lege servata.

... De quorum diversitate qualiter esse possit, nihil est determinatum a Socrate:...

Posset autem aliquis dicere, quod illi qui servarent legem Socratis, susciperent tale aliquid observandum, quale observant Cretenses,...

Sed si in civitate, quam Socrates intendit instituere, erunt huiusmodi ordinata sicut in aliis civitatibus, ut scilicet quidam civium sint agricolae et artifices, non videbitur esse una communitas,...

... Et dicit, quod in civitate habente omnia communia, sicut Socrates dixit, invenientur mutuae accusationes et disceptationes, et omnia alia mala, quae Socrates dicit nunc esse in civitatibus. Disceptabunt enim cives adinvicem de hoc quod non aequaliter laborant, nec aequaliter fructum recipiunt, et de multis etiam aliis; quamvis Socrates putaverit, quod ista mala in civitate, in qua essent omnia communia, non essent. Et propter hoc dicebat, quod propter huiusmodi disciplinam non indigeret civitas multis legibus, sed solum quibusdam paucis, scilicet circa dubitationem municipii, et circa forum iudiciorum, vel etiam circa forum rerum venalium, et circa alia huiusmodi, sine quorum ordinatione civitas esse non potest: ita tamen et huiusmodi disciplinam legum attribuebat solum custodibus civitatis, non autem agricolis, qui extra civitatem et municipium morabantur. Et sic patet, quod lex Socratis erat insufficiens, quia non poterat a civitate extirpare mala quae tollere conabatur.

Tertiam rationem ponit, ibi, 'Adhuc autem dominos etc.' Et dicit quod Socrates committebat secundum suam legem totam dispositionem possessionum agricolis, quibus dicebat esse committendum, quod fructus agrorum offerrent quibuscumque circa alia vacantibus: et ex hoc putabat, quod agricolae propter hanc potestatem efficerentur obsequiosi et humiliter servientes aliis civibus....

Et sic patet, quod lex Socratis de communitate mulierum et possessionum insufficiens erat, quia non poterat implere quod conabatur.

Ostendit insufficientiam legis Socratis quantum ad alia consequentia.

Dicit ergo primo, quod sive ista quae Socrates posuit de communitatem mulierum et possessionum, sint necessaria civitati, sive non, tamen de consequentibus nihil determinavit, scilicet qualis debeat esse ordinatio politicae conversationis, et qualis disciplina, et quales leges propriae eorum, qui sic habent omnia communia; non enim de facili est invenire aliquas tales: neque etiam oportet eos parum differre ab aliis, qui

praedictam civitatem servare possunt: unde quibusdam specialibus legibus et speciali disciplina essent imbuendi.

Secundo circa mulieres dicit, quod Socrates dicebat, quod mulieres debebant eadem tractare cum viris, ut scilicet colerent agros et pugnarent, et alia huiusmodi facerent sicut viri; et accipiebat similitudinem a bestiis, in quibus feminae similia operantur masculis....

Ostendit insufficientiam quantum ad principes: et dicit, quod non est securum civitati, quod hoc modo instituantur principes civitatis sicut Socrates instituebat: ordinavit enim, quod semper manerent iidem principes:...

Et subiungit causam quare Socrates instituebat, quod semper essent iidem principes: dicebant enim, quod sicut in quibusdam mineris terrarum invenitur aurum, in quibusdam argentum, in quibusdam vero ferrum, aut aes, ita in animabus quorumdam hominum, qui abundant in sapientia et virtute, est aurum, quos iustum est principari; in quibusdam vero argentum, qui sunt secundi gradus; in quibusdam vero qui non sunt perfecti ad sapientiam et virtutem, invenitur quasi aes aut ferrum; et tales secundum ipsum debent fieri agricolae et artifices. Manifestum est autem, quod istud non commutatur, ita quod quandoque istis hominibus sit inditum aurum, et quandoque non; sed semper eisdem: unde sequitur, quod aliis iidem principentur.

... cum tamen Socrates per suam legem auferret a singulis civibus felicitatem: quia volebat, quod non haberent aliquid proprium, nec in possessionibus, nec in mulieribus, nec in filiis, quae quidem pertinent ad felicitatem tamquam organice deservientia, ut dicitur in primo Ethicorum....

Ultimo autem epilogando concludit, quod conservatio politica civitatis de qua Socrates dixit, habet praedictas dubitationes et quasdam alias non minores praedictis.

Source: *Littera.*

[9] *In* II *Pol.,* 6 [S 223-241]

Postquam Philosophus improbavit positionem Socratis de communitate mulierum et puerorum et possessionum, quod modo ponebat quasi principale in sua politica, hic inquirit de aliis consequentibus legibus....

Dicit ergo primo, quod sicut habet multas dubitationes lex de communitate mulierum et possessionum, ita etiam et aliae eius consequentes leges; et ideo melius est quod de tota eius politica aliqua pauca hic dicantur; quia de paucis in sua politica determinavit Socrates, scilicet de communitate uxorum et filiorum et possessionum, quomodo debeant se habere; et super hoc determinavit ordinem politicae conversationis....

Recitat ea qua Socrates dixit de ordine politiae nam de communitate satis supra dictum est....

Circa primum quatuor dicit. Quorum primum est quod Socrates totam multitudinem habitantium civitatem dividebat in duas partes: quarum una erat agricolarum et aliorum artificum; alia vero erat virorum bellatorum: addebat autem et tertiam partem, scilicet consilium et principes civitatis.

Secundo dicit quod Socrates omisit dicere de agricolis et artificibus, utrum debeant aliquem principatum habere, et utrum etiam debeant aliquo modo pugnare vel non.

Tertio dicit, quod Socrates existimavit quod oportebat mulieres bellare et alia similia facere viris.

Quarto dicit quod alias quidem partes suae politicae implevit multis sermonibus extraneis qui non pertinebant ad materiam politicae, interponens multa de naturalibus et de aliis scientiis.

Deinde cum dicit 'et de disciplina'

Narrat quod Socrates dixit de disciplina civitatis.

Et circa hoc tria facit. Primo dicit in communi quod Socrates dixit de disciplina civitatis quod oportet aliquam disciplinam habere custodes civitatis.

Secundo, ibi, 'Legum autem etc.' Ponit ea in quibus conveniebat cum aliis politiis: et dicit quod magna pars legum, quas Socrates ponebat, sunt leges quae modo in civitatibus observantur. Cum enim ipse dixerit de politia, idest conversatione civitatis, et induxerit quamdam maiorem communitatem in civitate quam sit consuetum, paulatim instituendo leges deveniebat ad alteram politiam, quae nunc observatur; quia praeter communionem mulierum et possessionis quae erat propria suae politiae, omnia alia tradidit quae possint esse communia ambabus politiis, scilicet et illi quae observat hanc communitatem, et illi quae non observat: eamdem enim disciplinam dixit esse utrorumque: puta quod homines viverent de necessariis operibus cum quadam moderantia et abstinentia, et quod facerent quaedam convivia in civitate ad maiorem civium familiaritatem, quae etiam apud alias civitates observabantur, quamvis oportuisset quod instituerent multo differentem disciplinam, ut supra dictum est.

Tertio cum dicit, 'Praeter mulierum enim communionem etc.' narrat quaedam propria quae Socrates ponebat: quorum unum erat quod fierent etiam convivia mulierum et non solum virorum: aliud autem erat quod determinabat numerum bellatorum; scilicet quod in civitate essent ad minus mille arma portantes et ad plus quinque milia.

Deinde cum dicit 'superfluum quidem'

Obiicit contra praedicta alia quae Socrates inducebat....

Dicit ergo primo, quod sermones Socratis habent aliquid superfluum, inquantum replet suam politiam extraneis sermonibus; et leve, inquantum erant insufficientes rationes, et sine experientia prolatae; et novum, inquantum erat contra communem consuetudinem et erat quaestionibus plenum per multas difficultates consequentes; et quod in omnibus bene diceret difficile est asserere....

Dicit ergo primo, quod si quis consideret praedictam multitudinem bellatorum, quam Socrates instituebat in civitate, manifeste apparet quod civitas talis indigebit maxima latitudine camporum, sicut est circa Babyloniam, ad hoc ut nutriantur inde quinque millia bellatorum, qui nihil aliud operentur, et praeter eos multo maior alia turba, et mulierum et famulorum....

Improbat positionem Socratis, quantum ad mensuram possessionum quam in civitate statuebat.

Et circa hoc duo facit. Primo improbat mensurationem possessionum a Socrate positam secundum se. Secundo quantum ad hoc quod praetermisit mensuram generationis, ibi, 'Inconveniens autem etc.'...

... Dicit enim Socrates quod tanta debet esse possessio civitatis, ut ex ea possint cives vivere temperate:...

...Et sic patet quod praedicta determinatio Socratis non sufficit; sed

melior determinatio est ut dicatur quod tanta debet esse possessio, ut vivatur temperate et libcralitcr....

Improbat positionem Socratis ex hoc quod determinans quantitatem possessionum non determinabat quantitatem generationis.

Et circa hoc sex facit. Primo quidem proponit esse inconveniens id quod Socrates dicebat: et dicit quod inconveniens est quod aliquis velit possessiones civitatis adaequare idest ad certam quantitatem reducere, et cum hoc non instituat aliquid ad determinandum multitudinem civium, sed permittat generationem civium in infinitum fieri, sicut Socrates faciebat.

Secundo, ibi, 'Tamquam sufficienter etc.' Ponit rationem quae movebat Socratem: contingit enim in civitate multas mulieres esse steriles: et ita licet aliis mulieribus generantibus multos filios, tamen semper conservabitur eadem multitudo civitatis, sicut nunc videmus in civitatibus evenire. Et propter hoc Socrati non videbatur necessarium quod circa generationem filiorum aliquid taxaretur.

Tertio quidem, ibi, 'Oportet autem etc.' Ostendit Aristoteles hanc rationem esse insufficientem: quia nunc in civitatibus, propter hoc quod possessiones sunt divisae, unoquoque habente propriam possessionem, nulla dubitatio potest provenire ad quantamcumque multitudinem proveniat generatio filiorum, quia unusquisque filiis suis studet aliquo modo providere; sed tunc cum possessiones non essent divisae inter cives secundum ordinationem Socratis, sequetur quod illi qui essent ignobiliores nihil perciperent de fructibus possessionum, sive multiplicarentur, sive diminuerentur; dum scilicet potentes civitatis primo sibi et suis filiis necessaria sumerent si eorum multitudo excresceret.

...Sed in legibus Socratis contrarium invenitur: quia neque ordinat quomodo aequalitas multitudinis civium conservetur, neque etiam statuit quod sint aequales divitiae civium; sed permittit quod quidam habeant maiores divitias aliis, ut postea dicetur: sed de hoc quid melius sit, utrum scilicet quod omnes cives habeant divitias aequales, vel non, postea determinabitur.

Secundo, ibi 'Derelictus est autem legibus etc.' Improbat legem Socratis quantum ad distinctionem principum. Et dicit quod per leges Socratis non fuit determinatum quomodo deberent distingui principes a subditis, cum tamen ipse diceret quod oporteret aliquam distinctionem esse inter eos, ut sicut ex alia materia fit filum lanae quam filum lini, ita ex alia conditione oporteret aliquos assumi in principatum et remanere aliquos in subiectione: non enim poterat eos distinguere per originem generis ex quo ponebat pueros et uxores communes.

Tertio, ibi, 'Quoniam autem omnem substantiam etc.' Improbat positionem Socratis quantum ad distinctionem possessionum; et dicit quod Socrates permittebat quod in rebus mobilibus divitiae unius multiplicarentur supra divitias alterius in quincuplum; et pari ratione poterat permittere idem in possessione terrae, ut non faceret omnes agros communes.

Quarto, ibi, 'Et domiciliorum autem divisionem etc.' Improbat distinctionem Socratis quantum ad domos. Et dicit quod oportet considerare ne forte distinctio domorum, quam introducebat Socrates,

non sil utilis oeconomicae. Dicebat enim quod quilibet civis debebat habere duo domicilia, forte propter separationem filiorum : sed hoc est difficile quod aliquis habeat tantam familiam quod possit inhabitare duas domos; et etiam damnosum oeconomicae, ut unus homo faciat duas expensas in duabus familiis.

Source: *Littera.*

[10] *In* II *Pol.,* 7 [S 242-253]

Postquam Aristoteles improbavit positionem Socratis quantum ad disciplinas legum, hic improbat eam quantum ad ordinem civitatis....

Dicit ergo primo, quod secundum legem Socratis tota coordinatio multitudinis, scilicet civitatis, neque est plebeius status, neque principatus paucorum, sed est media horum, quam communi nomine nominant aliqui politiam; et consistit ex his qui utuntur armis. Cum enim Socrates multitudinem civitatis divideret in duas partes, quarum una erat pugnatorum, alia artificum et agricolarum (agricolas autem oportet in agris manere) relinquitur quod quasi multitudo habitantium civitatem esset virorum bellatorum.

Improbat ordinem quem Socrates in civitate statuebat quantum ad principes....

Ostendit quomodo Socrates commiscebat suam politiam: et dicit, quod in legibus Socratis dictum est, quod optima politia debet componi ex tyrannide et plebeio statu; forte propter hoc, ut potentia populi refrenaretur per potentiam tyranni, et iterum potentia tyranni refrenaretur per potentiam populi.

Deinde cum dicit 'quas aut.'

Improbat quantum ad hoc Socratis dictum....

Improbat dictum Socratis quantum ad hoc, quod ea quae instituebat, non conveniebant commixtioni praedictae.

Et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quod ea quae statuebat Socrates, non conveniebant praedictae commixtioni. Secundo, quod erat secundum se periculosa, ibi, 'Habet autem, et circa etc.'...

Dicit ergo primo, quod cum Socrates vellet commiscere politiam ex plebeio statu et tyrannide, quae est monarchia quaedam, siquis consideret ea, quae ipse statuit, nihil est ibi pertinens ad principatum unius: sed omnia sunt pertinentia ad oligarchiam, idest potentes, et democratiam, idest ad populum ; sed magis declinat sua ordinatio ad paucorum potestatem....

Dicit ergo primo, quod hoc quod dictum est, manifestum est ex institutione principum, quam Socrates determinat: dicit enim quod debebant aliqui eligi ex quibus per sortem assumerentur principes: et hoc commune erat et plebeio statui et potentiae paucorum, quia isti electi erant et de populo et de maioribus.

Sed quaedam alia instituebat pertinentia ad potentiam paucorum: scilicet quod ad divites civitatis pertineret convocare multitudinem, et quod ipsi deferrent principes electos ad populum; et omnia huiusmodi, quae pertinebant ad communitatem civitatis volebat fieri per divisiones, et in his alios admittebat: similiter etiam potentia paucorum erat, quod volebat plures principes fieri ex divitibus, et in maioribus officiis constitutos.

Deinde cum dicit 'et tentare'

Dicit quomodo in electione consiliariorum declinabat ad potestatem paucorum: et dicit, quod secundum Socratem cives distinguebantur per quatuor gradus, et ex omnibus gradibus aliqui erant, qui eligebant consiliarios: sed omnes, qui erant de primo censu, ex necessitate cogebantur ad eligendum: illi vero qui erant ex secundo, non omnes eligebant, sed aliqui aequales numero primis; et tamen isti etiam ex necessitate cogebantur eligere. Deinde ex tertio gradu eligebantur aliqui aequales, et similiter ex quartis: sed tamen non erat necessarium, quod omnes qui eligebantur ex tertiis vel quartis eligerent; sed ex quarto gradu qui erat quartorum, nullus poterat eligere consiliarios, nisi illi qui erant de primo et secundo gradu: et ita dicebat Socrates, quod aequalis numerus proveniebat de quolibet gradu civitatis. Sed hoc non est necessarium: quinimo semper erunt plures et meliores ex maximis censibus, eo quod populares non omnes eligent, cum non habeant necessitatem eligendi.

Ostendit, quod electio principum quam Socrates instituebat, est periculosa. Et dicit, quod periculosum est civitati, quod Socrates instituebat circa electionem principum, ut scilicet ex aliquibus electis, alii electi eligerentur. Illi enim primi electi ex quibus eliguntur principes, sunt pauci respectu totius multitudinis civitatis, et ideo facilius erit eos pervertere quam totam multitudinem: unde si sint aliqui qui velint semper institui in principatu, etiam si sint mediocres in multitudine, semper ad horum voluntatem eligent principes, quia mutuo se eligent, et mutuo sibi succedent in principatibus.

Ultimo epilogando concludit, quod ea quae sunt in Legibus, circa rempublicam Socratis habent hunc praedictum modum.

Source: *Littera.*

111] *In* II *Pol.,* 8 [S 254]

Dicit ergo primo, quod praeter praedictas politias Socratis vel Platonis sunt etiam quaedam aliae politiae, idest ordinationes civitatum, quarum quaedam sunt ab idiotis et illiteratis inventae, quaedam vero sunt adinventae a philosophis et a quibusdam hominibus, qui fuerunt prudentes et experti in civili conversatione; et earum quaedam sunt constitutae tantum a suis auctoribus, ita tamen, quod in nulla civitate observantur; quaedam vero sunt secundum quas aliqui civiliter conversantur.

Omnes autem huiusmodi politiae propinquius se habent ad invicem, et ad id quod est conveniens civitati, quam ambae praedictae politiae Socratis vel Platonis, quarum prima supra posita est de communitate mulierum, et filiorum et possessionum: alia vero posterius de legibus ab eo scriptis. Nullus enim alius legislator adinvenit, neque communitatem filiorum et uxorum, quod pertinet ad primam politiam Socratis, neque ordinavit aliquid circa convivia mulierum, quod pertinet ad secundam, ut ex praedictis patet; sed incipiunt ordinare civitatem ab his quae sunt magis necessaria.

Source: *Littera.* The distinction between the *prima* and the *secunda politia* is from 1264b 26-30.

112] *In* II *Pol.,* 8 [S 257]

Secundo ibi, 'Plato autem etc.' Ostendit quomodo diversimode circa hoc Plato ordinavit: dixit enim, quod nulli civium debebat dari

potestas, ut haberet divitias plusquam in quincuplum supra eum qui minimum haberet:[1] sed hoc est intelligendum quantum ad divitias rerum mobilium, quia res immobiles communes faciebat.[2]

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *Pol.,* H, I [1263b 38-41].

[13] *In* II *Pol.,* 14 [S 319]
Deinde cum dicit 'et hoc autem'

Improbat praedictam politiam communiter quantum ad omnes viros bellatores: et dicit, quod aliquis recte potest increpare suppositionem legislatoris, ¡dest illud quod supponebat tamquam finem, ad quem totam politiam ordinabat: et hoc etiam Plato in suis legibus increpabat, quod omnes leges eorum ordinabantur ad unam partem virtutis, scilicet ad bellicam, propter hoc, quod erat utilis ad dominandum aliis. Et ideo, quia bene se habebant in his, quae pertinent ad bellum, male autem in his quae pertinent ad status politici gubernationem: sequebatur, quod in bellis conservabantur: sed quando iam adepti erant principatum, imminebant eis multa pericula, quia nesciebant vivere in pace, neque erant exercitati aliqua alia meliori exercitatione quam bellica: quod non erat parvum peccatum.

Source: *Littera.*

[14] *In* II *Pol.,* 17 [S 341]
Ponit ergo primo, duas differentias eorum, qui de politiis vel legibus tractaverunt; quarum prima est secundum diversitatem vitae. Quidam enim eorum vixerunt in vita privata, in nullo communicantes politicis actionibus, quia non fuerunt gubernatores aliquarum civitatum, sicut Plato, Phaleas et Hippodamus, de quibus supra dictum est, si quid fuit dignum circa eos dicendum. Alii autem vixerunt vita politica, instituentes leges aliquibus civitatibus, vel propriis vel extraneis.

Source: *Littera* [Plato is not mentioned by name but the reference is clearly implied].

[15] *In* II *Pol.,* 17 [S 347]
Plato autem quatuor propria instituit in suis legibus: quorum unum est, quod mulieres et pueri et possessiones sint communes. Secundum est, quod fierent convivia mulierum sicut in aliis civitatibus fiunt convivia virorum. Tertium est, quod instituit legem contra ebrietatem, ut scilicet soli sobrii possint esse principes conviviorum. Quartum autem statuit in re militari, ut scilicet homines per exercitium et studium fierent ambidexteri, ut scilicet utraque manus fieret eis utilis ad bellandum.

Source: *Littera.*

In VIII libros Physicorum Aristotelis

[1] *In* I *Phy.,* 7 [3]
Platonici vero utrique rationi acquieverunt, concedendo impossibilia ad quae deducunt. Acquieverunt ergo primae rationi, quae ducebat

ad hoc quod non ens esset ens, si aliquis diceret quod ens significet unum, vel substantiam tantum vel accidens tantum, et per hoc vellet dicere quod omnia sunt unum: — huic rationi, dico, acquieverunt quod non ens esset ens. Dicebat enim Plato quod accidens est non ens: et propter hoc dicitur in VI Metaphys. quod Plato posuit Sophisticam circa non ens, quia versatur maxime circa ea quae per accidens dicuntur. Sic ergo Plato, intelligens per ens substantiam, concedebat primam propositionem Parmenidis, dicentis quod quidquid est praeter ens est non ens; quia ponebat accidens, quod est praeter substantiam, esse non ens.[1] Non tamen concedebat secundam propositionem, hanc scilicet: quidquid est non ens est nihil. Licet enim diceret accidens esse non ens, non tamen dicebat accidens esse nihil, sed aliquid. Et propter hoc secundum ipsum non sequebatur quod sit unum tantum. — Sed alteri rationi, quae ducebat ad hoc quod magnitudo esset indivisibilis, assentiebat faciendo magnitudines esse indivisibiles ex decisione, idest dicendo quod magnitudinum divisio ad indivisibilia terminatur. Ponebat enim corpora resolvi in superficies, et superficies in lineas, et lineas in indivisibilia, ut patet in III de Caelo et Mundo.[2]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* VI, 2 [1026b 14-22].
2. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21-566.16],

[2] *In* I *Phy.,* 8 [3]
Et sic quodammodo concordabant cum Platone, qui ponebat magnum et parvum principia, quae etiam pertinent ad excellentiam et defectum. Sed in hoc differebant a Platone, quia Plato posuit magnum et parvum ex parte materiae, quia ponebat unum principium formale, quod est quaedam idea participata a diversis secundum diversitatem materiae :...

Source: *Littera.* Cf. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20 - 988a 1],

[3] *In* I *Phy.,* 11 [13]
Et sic hoc quod Plato posuit, quod unum et magnum et parvum sint principia rerum, fuit etiam opinio antiquorum naturalium, sed differenter. Nam antiqui considerantes quod una materia variatur per diversas formas, posuerunt duo ex parte formae, quae est principium agendi, et unum ex parte materiae, quae est principium patiendi: sed Platonici, considerantes quomodo in una specie distinguuntur multa individua secundum divisionem materiae, posuerunt unum ex parte formae, quae est principium activum, et duo ex parte materiae, quae est principium passivum.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20 - 988a 7] ; *Phy.,* 1,4 [187a 16-18],

[4] *In* I *Phy.,* 15 [5]
Deinde cum dicit: Quidam autem quod non est etc., manifestat intellectum opinionis platonicae. Et dicit quod Platonici ponebant quidem duo ex parte materiae, scilicet magnum et parvum;[1] sed tamen aliter quam Aristoteles. Quia Aristoteles ponit ista duo esse materiam et privationem, quae sunt unum subiecto et differunt ratione: sed isti non ponebant quod alterum istorum esset privatio et alterum materia, sed privationem coassumebant utrique, scilicet parvo et magno; sive acciperent ista duo simul, utpote cum loquebantur non distinguentes

cam per magnum et parvum; sive acciperent utrumque seorsum.' Unde patet quod omnino aliter ponebant tria principia Platonici, ponentes formam et magnum et parvum; et Aristoteles, qui posuit materiam et privationem et formam. Platonici vero usque ad hoc pervenerunt prae aliis philosophis antiquioribus, quod oportet unam quandam naturam supponi omnibus formis naturalibus, quae est materia prima. Sed hanc faciunt unam tantum sicut subiecto ita et ratione, non distinguentes inter ipsam et privationem.[2] Quia etsi ponant dualitatem ex parte materiae, scilicet magnum et parvum,[1] nihilominus non faciunt differentiam inter materiam et privationem: sed faciunt mentionem tantum de materia, sub qua comprehenditur magnum et parvum; et privationem despexerunt, de ea mentionem non facientes.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-21]; *Phy.,* I, 4 [187a 17-19].
2. *Ibid.,* I, 8 [192a 2-6].

[5] *In* I *Phy.,* 15 [7]
Sed si quis accipiat alteram partem contrarietatis, scilicet privationem, protendens intellectum circa ipsam, imaginabitur ipsam non ad constitutionem rei pertinere, sed magis ad quoddam malum rei; quia est penitus non ens, cum privatio nihil aliud sit quam negatio formae in subiecto, et est extra totum ens: ut sic in privatione locum habeat ratio Parmenidis, quidquid est praeter ens est non ens; non autem in materia, ut dicebant Platonici.

Source: Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].

[6] *In* I *Phy.,* 15 [10]
Sciendum tamen est quod Aristoteles hic loquitur contra Platonem, qui talibus metaphoricis locutionibus utebatur, assimilans materiam matri et feminae, et formam masculo; et ideo Aristoteles utitur contra eum metaphoris ab eo assumptis.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [988a 5-6].

[7] *In* II *Phy.,* 3 [6]
Deinde cum dicit: Latet autem hoc facientes etc., excludit ex praedictis errorem Platonis. Quia enim latebat eum quomodo intellectus vero posset abstrahere ea quae non sunt abstracta secundum esse, posuit omnia quae sunt abstracta secundum intellectum, esse abstracta secundum rem.[1] Unde non solum posuit mathematica abstracta, propter hoc quod mathematicus abstrahit a materia sensibili; sed etiam posuit ipsas res naturales abstractas, propter hoc quod naturalis scientia est de universalibus et non de singularibus.[2] Unde posuit hominem esse separatum, et equum et lapidem et alia huiusmodi;[3] quae quidem separata dicebat esse ideas:* cum tamen naturalia sint minus abstracta quam mathematica.[5] Mathematica enim sunt omnino abstracta a materia sensibili secundum intellectum, quia materia sensibilis non includitur in intellectu mathematicorum, neque in universali neque in particulari: sed in intellectu specierum naturalium includitur quidem materia sensibilis, sed non materia individualis; in intellectu enim hominis includitur caro et os, sed non haec caro et hoc os.[8]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag.,ed.sec.,I,*10; 11 [CSEL48,163.14-22; 167. 7-11] ¡Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15] ;

Averroes, *In Phy.*, II, *com.* 19 [Z 52].
2. Aristotle, *Meta.,* 1, 6 [987b 1-18]; VII, 10 [1035b 33 - 1036a 12]; VIII, 6 [1045a 33-35].
3. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].
4. See 2 above.
5. *Littera.*
6. Aristotle, *Mela.,* VI, I [1025b 28- 1026a 10]; VII, 10 [1034b 32 - 1035b 3; 1036b 22 - 1037a 20].

[8] *In* II *Phy.,* 5 [4]
Considerandum est etiam quod duo posuit pertinentia ad quidditatem rei, scilicet speciem et exemplum, propter diversas opiniones de essentiis rerum. Nam Plato posuit naturas specierum esse quasdam formas abstractas, quas dicebat exemplaria et ideas; et propter hoc posuit exemplum vel paradigma.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[9] *In* III *Phy.,* 5 [15]
Quod quidem vel se habet ex parte materiae subiecti, et secundum hoc est praedicamentum quantitatis (nam quantitas proprie consequitur materiam: unde et Plato posuit magnum ex parte materiae);...

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-21]; *Phy.,* I, 4 [187a 17-19].

[10] *In* III *Phy.,* 6 [4-6]
Circa primum duo facit: primo ponit opiniones philosophorum non naturalium de infinito, scilicet Pythagoricorum et Platonicorum; secundo opiniones naturalium, ibi: Qui autem de natura omnes etc. Circa primum duo facit: primo ostendit in quo conveniebant Pythagorici et Platonici; secundo in quo differebant, ibi: Praeter hoc quod Pythagorici etc.

Dicit ergo primo quod omnes philosophi posuerunt infinitum esse sicut quoddam principium entium; sed hoc fuit proprium Pythagoricis et Platonicis, quod ponerent infinitum non esse accidens alicui alteri naturae, sed esse quoddam per se existens.[1] Et hoc competebat eorum opinioni, quia ponebant numeros et quantitates esse substantias rerum;[2] infinitum autem in quantitate est; unde et infinitum per se existens ponebant.

Deinde cum dicit: Praeter hoc quod Pythagorici etc., ostendit differentiam inter Platonem et Pythagoricos: et primo quantum ad positionem infiniti; secundo quantum ad radicem ipsius, ibi: Et hi quidem infinitum esse etc. Quantum autem ad positionem infiniti, in duobus differebat Plato a Pythagoricis. Pythagorici enim non ponebant infinitum nisi in sensibilibus: cum enim infinitum competat quantitati, prima autem quantitas est numerus, Pythagorici non ponebant numerum separatum a sensibilibus, sed dicebant numerum esse substantiam rerum sensibilium; et per consequens neque infinitum erat nisi in sensibilibus. Item Pythagoras considerabat quod sensibilia quae sunt infra caelum, sunt circumclausa caelo, unde in eis non potest esse infinitum: et propter hoc ponebat quod infinitum esset in sensibilibus extra caelum. Sed Plato e contrario ponebat quod nihil est extra caelum: neque enim dicebat esse extra caelum aliquod corpus sensibile, quia caelum dicebat esse continens omnia sensibilia; neque etiam

ideas cl species rerum, quae ponebat esse separatas, dicebat esse extra caelum, quia intus ct extra significant locum; ideae vero secundum ipsum non sunt in aliquo loco, quia locus corporalium est? Item dicebat Plato quod infinitum non solum est in rebus sensibilibus, sed etiam in illis, idest in ideis separatis; quia etiam in ipsis numeris separatis est aliquid formale, ut unum, et aliquid materiale, ut duo, ex quibus omnes numeri componuntur?

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5 [987a 17-19]; 6 [987b 22-25],
3. *Littera.*
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b32-988a 1 ;991b27–992a24].

[11] *In* III *Phy.,* 6 [7]
Plato autem attribuebat duabus radicibus, scilicet magno et parvo; haec enim duo secundum ipsum sunt ex parte materiae, cui competit infinitum.

Source: *Littera* ; Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 20-21]; *Phy.,* I, 4 [187a 17-19].

[12] *In* III *Phy.,* 7 [2]
...solus enim Plato generavit tempus, ut in octavo huius dicetur.

Source: Aristotle, *Phy.,* VIII, 1 [251b 17-18].

[13] *In* III *Phy.,* 7 [10]
Deinde cum dicit: Separabile quidem igitur etc., ponit rationes ad excludendum infinitum : et primo ad excludendum infinitum separatum, quod Platonici posuerunt; secundo ad excludendum infinitum a rebus sensibilibus, ibi : Rationabiliter quidem igitur etc. Circa primum ponit tres rationes. Circa quarum primam dicit quod impossibile est infinitum esse separatum a sensibilibus, ita quod ipsum infinitum sit aliquid per se existens, sicut Platonici posuerunt.

Source: Neither Aristotle nor Averroes name the Platonists at this point. See for attribution to Plato, Aristotle, *Phy.,* Ill, 4 [203a 4-6],

[14] *In* III *Phy.,* 10 [11-12]
Deinde cum dicit: Quare excellere omne etc., inducit conclusionem ex dictis. Et primo inducit eam; secundo manifestat per dictum Platonis, ibi: Quoniam et Plato etc....

Deinde cum dicit: Quoniam et Plato propter hoc etc., manifestat quod dixerat per dictum Platonis. Et dicit quod quia infinitum in appositione magnitudinum est per oppositum divisioni, propter hoc Plato duo fecit infinita, scilicet magnum, quod pertinet ad additionem, et parvum, quod pertinet ad divisionem; quia scilicet infinitum videtur excellere et per additionem in augmentum, et per divisionem in decrementum, vel tendendo in nihil? Sed cum ipse Plato faciat duo infinita, non tamen utitur eis : quia cum numerum poneret substantiam esse omnium rerum,2 in numeris non invenitur infinitum per divisionem, quia in eis est minimum unitas; neque etiam per additionem secundum ipsum, quia dicebat quod species numerorum non variantur nisi usque ad decem, et postea reditur ad unitatem, computando undecim et duodecim etc?

Source: 1. *Littera* and Aristotle, *Meta.,* I, G [987b 25-27].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].
3. *Littera.*

115] *In* III *Phy.,* 11 [6 and 8]

Deinde cum dicit: Quoniam hinc accipiunt etc., excludit quandam falsam opinionem ex praedicta definitione falsa exortam. Et primo communiter quantum ad omnes; secundo specialiter quantum ad Platonem, ibi: Quoniam si continet etc....

Deinde cum dicit: Quoniam si continet etc., excludit opinionem Platonis qui ponebat infinitum tam in sensibilibus quam in intelligibilibus.[1] Et dicit quod ex hoc manifestum est etiam quod, si magnum et parvum, quibus Plato attribuit infinitum,[2] sunt in sensibilibus et in intelligibilibus tanquam continentia (propter hoc quod continere attribuitur infinito); sequitur quod infinitum contineat intelligibilia. Sed hoc videtur esse inconveniens et impossibile, quod infinitum, cum sit ignotum et indeterminatum, contineat et determinet intelligibilia. Non enim determinantur nota per ignota, sed magis e converso.

Source: Plato is not named in the *littera.*
1. Aristotle, *Phy.,* **III,** 4 [203a 9-10] and *littera.*
2. *Ibid.* [203a 15-16] and *littera.*

1 Hi] *In* IV *Phy.,* 3 [4-6]

Deinde cum dicit: Secundum autem quod videtur esse locus etc., ponit rationem Platonis, per quam sibi videbatur quod locus esset materia. Ad cuius evidentiam sciendum est quod antiqui putaverunt locum esse spatium quod est inter terminos rei continentis, quod quidem habet dimensiones longitudinis, latitudinis et profunditatis. Non tamen huiusmodi spatium videbatur esse idem cum aliquo corporum sensibilium: quia recedentibus et advenientibus diversis corporibus sensibilibus, remanet idem spatium. Secundum hoc ergo sequitur quod locus sit dimensiones separatae.

Et ex hoc volebat syllogizarc Plato quod locus esset materia. Et hoc est quod dicit, quod secundum quod locus videtur aliquibus esse distantia magnitudinis spatii, separata a quolibet corpore sensibili, videbatur quod locus esset materia. Ipsa namque distantia vel dimensio magnitudinis, altera est a magnitudine. Nam magnitudo significat aliquid terminatum aliqua specie, sicut linea terminatur punctis, et superficies linea, et corpus superficie, quae sunt species magnitudinis: sed dimensio spatii est contenta sub forma et determinata, sicut corpus determinatur plano, idest superficie, ut quodam termino. Id autem quod continetur sub terminis, videtur esse in se non determinatum. Quod autem est in se non determinatum, sed determinatur per formam et terminum, est materia, quae habet rationem infiniti: quia si ab aliquo corpore sphaerico removeantur passiones sensibiles et termini quibus figuratur dimensio magnitudinis, nihil relinquitur nisi materia. Unde relinquitur quod ipsae dimensiones ex se indeterminatae, quae per aliud determinantur, sint ipsa materia.[1] Et hoc praecipue sequebatur secundum radices Platonis, qui ponebat numeros[2] et quantitates[2] esse substantias rerum.

Quia igitur locus est dimensiones, et dimensiones sunt materia, dicebat Plato in Timaeo, quod idem est locus et materia. Omne enim

receptivum alicuius dicebat esse locum, non distinguens inter rcccptibilitatcm loci ct materiae: unde cum materia sit receptivum formarum, sequitur quod materia sit locus.[4]

Tamen sciendum est quod de receptivo diversimode Plato loquebatur: quia in Timaeo dixit receptivum esse materiam; in dogmatibus autem dictis et non scriptis, idest cum verbotenus docebat in scholis, dicebat receptivum esse magnum et parvum,[6] quae etiam ex parte materiae ponebat,[6] ut supra dictum est. Tamen, cuicumque attribueret esse receptivum, semper dicebat quod receptivum et locus sint idem. Sic igitur, cum multi dicerent locum esse aliquid, solus Plato conatus est assignare quid sit locus.

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].
3. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1;299a6-11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21-566.16].
4. *Littera.*
5. The *littera* merely indicates that Plato said something else in his oral teaching. St. Thomas specifies 'magnum ct parvum' from 209b 35 - 210a 2.
6. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-21]; *Phy.,* I, 4 [187a 17-19].

[17] *In* IV *Phy.,* 3 [10]

Tertiam rationem ponit ibi: Platoni igitur dicendum est etc. Hic arguit specialiter contra positionem Platonis digrediendo. Dictum est enim supra in tertio, quod Plato posuit ideas et numeros non esse in loco.[1] Sequebatur autem, secundum eius sententiam de loco, quod essent in loco: quia omne participatum est in participanto;[2] species autem et numeros ponebat participari, sive a materia, sive a magno et parvo.[3] Sequitur ergo quod species et numeri sint in materia, sive in magno et parvo. Si igitur materia, vel magnum et parvum est locus, sequitur quod numeri et species sint in loco.

Source: 1. Aristotle, *Phy.,* Ill, 4 [203a 8-9],
2. This seems to be implied (though not expressed) in the *littera.* Cf. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 14-16].
3. *Littera.*

[18] *In* IV *Phy.,* 10 [3 and 7]

Deinde cum dicit: Videtur autem vacuum etc., ostendit quid significet nomen vacui: et primo ponit significationem communiorem; secundo significationem secundum usum Platonicorum, ibi: Alio autem modo etc....Deinde cum dicit: Alio autem modo etc., ponit aliam significationem vacui secundum usum Platonicorum. Et dicit quod alio modo dicitur esse vacuum: in quo non est hoc aliquid, neque aliqua substantia corporea.[1] Fit autem hoc aliquid per formam. Unde aliqui dicunt materiam corporis, secundum quod est absque forma, esse vacuum: qui etiam materiam dicunt esse locum, ut supra dictum est.[2] Sed non bene dicunt: quia materia non est separabilis a rebus quarum est materia; sed homines quaerunt locum et vacuum, tanquam aliquid separabile a corporibus locatis.

Source: Neither the *Platonici* nor Plato are mentioned in the *littera.* Averroes remarks: '...innuit, ut mihi videtur, Platonem...' *(In Phy.,* IV, *com.* 59 [Z 146H]).

1. *Littera.*
2. Aristotle, *Phy.,* IV, 2 [209b 11-17].

[19] *In* VIl *Phy.,* 1 [7]
Unde et Platonici, qui posuerunt aliqua movere seipsa, dixerunt quod nullum corporeum aut divisibile movet seipsum; sed movere seipsum est tantummodo substantiae spiritualis, quae intelligit seipsam et amat seipsam: universaliter omnes operationes motus appellando; quia et huiusmodi operationes, scilicet sentire et intelligere, etiam Aristoteles in tertio de Anima nominat motum, secundum quod motus est actus perfecti. Sed hic loquitur de motu secundum quod est actus imperfecti, idest existentis in potentia, secundum quem motum indivisibile non movetur, ut in sexto probatum est, et hic assumitur. Et sic patet quod Aristoteles,, ponens omne quod movetur ab alio moveri, a Platone, qui posuit aliqua movere seipsa, non dissentit in sententia, sed solum in verbis.

Source: Aristotle does not refer to Plato; Averroes has only a brief reference: '...et similiter in anima quam Plato ponit movere se...' *{InPhy., Vil, com.* 2 [Z289v]). *Sec Source under In Sent.* [3],

120] *In* VII *Phy.,* 6 [8]
Quod autem Aristoteles hic de acceptione scientiae dicit, videtur esse secundum Platonicam opinionem. Posuit enim Plato quod sicut formae separatae sunt causae generationis et existentiae rerum naturalium, per hoc quod materia corporalis participat aliqualiter huiusmodi formas separatas, ita etiam sunt causa scientiae in nobis, per hoc quod anima nostra eas aliqualiter participat; ita quod ipsa participatio formarum separatarum in anima nostra est scientia. Sic enim verum erit quod accipitur scientia a principio, non per generationem alicuius scientiae in anima, sed solum per quietationem corporalium et sensibilium passionum, quibus impediebatur anima scientia uti. Sic etiam verum erit quod nulla mutatione facta in intellectu, ad solam praesentiam sensibilium quorum experientiam accipimus, fit homo sciens, sicut de relativis accidit; quia sensibilia secundum hoc non sunt necessaria ad scientiam, nisi ut ab eis quodammodo anima excitetur.

Source: See *Source* under *S.T.* [56].

[21] *In* VII *Phy.,* 7 [11]
Est autem considerandum, quod ponere diversitatem rerum propter diversitatem susceptivi tantum, est opinio platónica, quae posuit unum ex parte formae, et dualitatem ex parte materiae; ut tota diversitatis ratio ex materiali principio proveniret.1 Unde et unum et ens posuit univoce dici, et unam significare naturam:2 sed secundum diversitatem susceptivorum, rerum species diversifican.1

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 18-21 ; 988a 8-14],
2. *Ibid.,* X, 2 [1053b 9 - 1054a 13].

[22] *In* VII *Phy.,* 8 [9]
Et quia essentiam speciei significat definitio, quaerit duas quaestiones: unam de specie, et aliam de definitione. Quaerit ergo primo de specie, quando sit iudicanda altera species: utrum ex hoc solo quod eadem natura sit in alio et alio susceptibili, sicut Platonici posuerunt.1 Sed hoc

secundum praemissa non potest esse verum. Dictum est enim quod genus non est simpliciter unum: et ideo differentia speciei non attenditur per hoc quod aliquid idem sit in alio et alio, nisi secundum Platonicos, qui posuerunt genus esse simpliciter unum? Et propter hex:, quasi quaestionem solvens, subiungit: aut si aliud in alio; quasi dicat: non propter hoc est alia species, quia est idem in alio; sed quia est alia natura in alio susceptibili.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 18-21; 988a 8-14].
2. See *In Meta.* [173].

[23] *In* VII *Phy.,* 8 [15-16]
Et primo secundum opinionem propriam; secundo secundum opinionem Platonis, ibi; Et si est numerus substantia etc....

Deinde cum dicit: Et si est numerus etc., agit de comparatione generationis secundum opinionem Platonis, qui ponebat numerum esse substantiam rei,[1] propter hoc quod unum quod est principium numeri, putabat esse idem cum uno quod convertitur cum ente, et rei substantiam significat.[2] Ipsum autem quod est unum, est omnino unius naturae et speciei. Si ergo numerus, qui nihil est aliud quam aggregatio unitatum, sit substantia rerum secundum Platonicos,[1] sequetur quod dicetur quidem maior et minor numerus secundum diversam speciem quantitatis; sed tamen quantum ad substantiam erit similis speciei. Et inde est quod Plato posuit speciem, unum:[3] contrario vero, per quae diversificantur res, magnum et parvum, quae sunt ex parte materiae.[3]... Sic autem non habemus nomen positum, quo communiter significetur excellentia substantiae, que est ex maioritate numeri, secundum Platonicos.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25],
2. See *Source* I under *S.T.* [5],
3. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 18-21; 988a 8-14].

[24] *In* VIII *Phy.,* 2 [4]
Sicut ergo si intelligamus rerum productionem esse a Deo ab aeterno, sicut Aristoteles posuit, et plures Platonicorum, non est necessarium immo impossibile, quod huic productioni universali aliquod subiectum non productum praeintelligatur:...

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 31 [A-B].

[25] *In* VIII *Phy.,* 2 [5]
Quod etiam introducit de antiquis philosophorum opinionibus, efficaciam non habet: quia antiqui naturales non potuerunt pervenire ad causam primam totius esse, sed considerabant causas particularium mutationum. Quorum primi consideraverunt causas solarum mutationum accidentalium, ponentes omne fieri esse alterari: sequentes vero pervenerunt ad cognitionem mutationum substantialium: postremi vero, ut Plato et Aristoteles, pervenerunt ad cognoscendum principium totius esse.

Source: This is parallel to St. Thomas' interpretation of Aristotle, *Mela.,* I, 8 [989b 21-29]. See *In* I *Meta.,* 12 [200]; 13 [201]. Cf. St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 31 [A-B].

[26] *In* VIII *Phy.,* 2 111]

Et dicit quod omnes philosophi praeter unum, scilicet Platonem, concorditer videntur sentire de tempore quod sit ingenitum, idest quod non inceperit esse postquam prius non fuit. Unde et Democritus probat impossibile esse quod omnia sint facta, quasi de novo inceperint, quia impossibile est sic tempus esse factum, quod de novo inceperit. Sed solus Plato generat tempus, idest dicit tempus de novo factum. Dicit enim Plato quod tempus est simul factum cum caelo; ponebat autem caelum esse factum, idest habere durationis principium, ut hic Aristoteles ei imponit, secundum quod eius verba superficietenus sonare videntur; quamvis Platonici dicant Platonem sic dixisse caelum esse factum, inquantum habet principium activum sui esse, non autem ita quod habeat durationis principium. Sic igitur solus Plato intellexisse videtur quod tempus non potest esse sine motu; quia non posuit tempus esse ante motum caeli.

Source: The *littera* contains Plato's doctrine on the generation of time [251b 17-19]. However, St. Thomas is clearly thinking of Simplicius' long defense of Plato on this point against Alexander *(In L. De Caelo,* I [CG VII, 296-369]). Simplicius argues that Plato and Aristotle are really in agreement on the origin of the heavens and maintains that Aristotle is attacking Plato's apparent verbal meaning and not his true thought. Cf. St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 31 [A-B]; Boethius, *De In., ed. sec.,* 2 [PL 64, 433D],

127] *In* VIII *Phy.,* 7 [3]

Si autem essent aliqua animalia corpore aerea, ut quidam Platonici posuerunt, de illis esset e contrario dicendum.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[28] *In* VIII *Phy.,* 9 [4-5]

Est autem in hac ratione attendendum, quod primum movens moveri non est hic probatum; supponit autem hoc secundum communem opinionem Platonicorum....

...supposito, secundum Platonicos, quod omne movens movetur.

Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[29] *In* VIII *Phy.,* 9 [13]

Semper enim causa quae est per se, est prior ea quae est per alterum. Et propter hanc rationem Platonici posuerunt ante ea quae moventur ex alio, esse aliquid quod movet seipsum.

Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[30] *In* VIII *Phy.,* 12 [2]

Fuit autem quorundam positio, quod omnia principia moventia in iis quae movent seipsa, sunt perpetua: posuit enim Plato omnes animas animalium perpetuas.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 10-12 [E 617-618]. Averroes ad locum: 'Plato enim dicit quod omne movens se est aeternum et anima apud ipsum est aeternum.' *(com.* 46 [Z 364]).

[31] *In* VI11 *Phy.,* 20 [4]
Quinto ostendit idem per opinionem Platonis, qui posuit animam esse primam causam motus. Posuit enim Plato quod movens seipsum, quod est anima, est principium omnium eorum quae moventur.

Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[32] *In* VIII *Phy.,* 22 [2]
Deinde cum dicit: Si autem simul movet etc., excludit quandam solutionem, quae dicitur fuisse Platonis, qui dicebat quod proiiciens qui primo movit lapidem, simul etiam cum lapide movit aliquid aliud, scilicet aerem, et aer motus movet lapidem etiam post contactum proiectoris. Sed hanc solutionem excludit: quia similiter videtur impossibile quod moveatur aer non tangente neque movente primo, scilicet proiectore, sicut erat impossibile de lapide; sed videtur esse necessarium quod simul dum primum movens movet, omnia moveantur, et dum primum movens quiescit, idest cessat a movendo, omnia quiescant; quamvis etiam aliquid motum a primo movente, sicut lapis, faciat aliquid moveri, sicut id quod primo movit movebat.

Source: Neither Aristotle nor Averroes refer to Plato. Albertus Magnus, however, discusses the theory and attributes it to certain Platonists {*Phy.,* VIII, 4, 4 [B III, 627-629]).

In libros posteriorum analylicorum Expositio

[1] *In* I *Post. Anal.,* 1
Posuit autem Plato quod scientia in nobis non causatur ex syllogismo, sed ex impressione formarum idealium in animas nostras, ex quibus etiam effluere dicebat formas naturales in rebus naturalibus, quas ponebat esse participationes quasdam formarum a materia separatarum.1 Ex quo sequebatur quod agentia naturalia non causabant formas in rebus inferioribus, sed solum materiam praeparabant ad participandum formas separatas.2 Et similiter ponebat quod per studium et exercitium non causatur in nobis scientia; sed tantum removentur impedimenta, et reducitur homo quasi in memoriam eorum, quae naturaliter scit ex impressione formarum separatarum.3 Sententia autem Aristotelis est contraria quantum ad utrumque. Ponit enim quod formae naturales reducuntur in actum a formis quae sunt in materia, scilicet a formis naturalium agentium. Et similiter ponit quod scientia fit in nobis actu per aliquam scientiam in nobis praeexistentem. Et hoc est fieri in nobis scientiam per syllogismum aut argumentum quodcumque. Nam ex uno in aliud argumentando procedimus.

Source: 1. See *Source* under *S.T.* [56].
2. Aristotle, *Meta.,* VII, 8 [1033b 19 - 1034b 2]; 13-15 [1038b 1 - 1041a 5]; Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E - 1811]; XII, *com.* 18 [303E - 305vI].
3. Plato, *Timaeus,* interp. Chal., 17 [D II, 170-172]; Chalcidius, *In Timaeum Platonis,* 193-209 [D II, 223-225] ; Aristotle *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 991a 12]; Cicero, *Tuse.,* I, 24; St. Augustine, *De Trin.,* II, 15 [PL 42, 1011]; *Oct. Tri. Quaes.,* 46; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25] ; Boethius,

De(Ion. Phil., I1l, *Milrum* XI |!•'95-96] ; St.John Damascene, *De Fide Orth.,* I1l, 14 |PG 1O37B and 1045B] ; *De Sp. el An.,* 1 [PL 40, 781].

12] *In* I *Post. Anal.,* 3

...excludit ex veritate determinata quandam dubitationem, quam Plato ponit in libro Menonis, sic intitúlalo ex nomine sui discipuli. Est autem dubitatio talis. Inducit enim quendam, omnino imperitum artis geometricae, interrogatum ordinate de principiis, ex quibus quaedam geometrica conclusio concluditur, incipiendo ex principiis per se notis: ad quae omnia ille, ignarus geometriae, id quod verum est respondit: et sic deducendo quaestiones usque ad conclusiones, per singula verum respondit. Ex hoc igitur vult habere, quod etiam illi, qui videntur imperiti aliquarum artium, antequam de eis instruantur earum notitiam habent.1 Et sic sequitur quod vel homo nihil addiscat vel addiscat ea, quae prius novit.

Circa hoc ergo quatuor facit. Primo enim proponit quod praedicta dubitatio vitari non potest, nisi supposita praedeterminata veritate, scilicet quod conclusio, quam quis addiscit per demonstrationem vel inductionem, erat nota non simpliciter, sed secundum quod est virtute in suis principiis: de quibus aliquis, ignarus scientiae, interrogatus veritatem respondere potest. Secundum vero Platonis sententiam, conclusio erat praecognita simpliciter, unde non addiscebatur de novo, sed potius per deductionem aliquam rationis in memoriam reducebatur. Sicut etiam de formis naturalibus Anaxagoras ponit quod ante generationem praeexistebant in materia simpliciter. Aristoteles vero ponit quod praeexistunt in potentia et non simpliciter.

Secundo, cum dicit: ‘Non enim sicut etc.,’ ponit falsam quorundam obviationem ad dubitationem Platonis: qui scilicet dicebant quod conclusio, antequam demonstraretur vel quocunque modo addisceretur, nullo modo erat cognita. Poterat enim si obiici secundum dubitationem Platonis hoc modo. Si quis interrogaret ab aliquo imperito: nunquid tu scis quod omnis dualitas par est? Et dicente eo, idest concedente se scire, afferret quandam dualitatem, quam ille interrogatus non opinaretur esse, puta illam dualitatem quae est tertia pars senarii; concluderetur quod sciret tertiam partem senarii esse numerum parem: quod erat ei incognitum, sed per demonstrationem inductam addiscit. Et sic videtur sequi quod vel non hoc addisceret vel addiscerit quod prius scivit. – Ut igitur hanc dubitationem evitarent, solvebant dicentes quod ille, qui interrogatus respondit se scire quod omnis dualitas sit numerus par, non dixit se cognoscere omnem dualitatem simpliciter, sed illam quam scivit esse dualitatem. Unde cum ista dualitas, quae est allata, fuerit ab eo penitus ignorata nullo modo scivit quod haec dualitas esset numerus par. Et sic sequitur quod apud cognoscentem principia nullo modo conclusio sit praecognita nec simpliciter, nec secundum quid.2

Unde nec id quod quis addiscit erat omnino prius notum, ut Plato posuit, nec omnino ignotum, ut secundum solutionem supra improbatam ponebatur;...

Source: 1. St. Augustine, *De Trin.,* 2, 15 [PL 42, 1011].
2. *Littera* and Averroes, *In L. Post. Resol., com.* 6 [26A-C].

[3] *In* I *Post. Anal.,* 16
Sciendum est autem quod quia demonstratio non est corruptibilium, sed sempiternorum, neque definitio, Plato coactus fuit ponere ideas. Cum enim ista sensibilia sint corruptibilia, videbatur quod eorum non posset esse neque demonstratio, neque definitio. Et ideo videbatur quod oporteret ponere quasdam substantias incorruptibiles, de quibus et demonstrationes et definitiones darentur. Et has substantias sempiternas vocabat species vel ideas.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29 - 987b 18].

[4] *In* I *Post. Anal.,* 19
... ostendit ex praemissis quod non est necessarium ponere ideas, ut Plato posuit. Ostensum est enim supra quod demonstrationes de universalibus sunt et hoc modo sunt de sempiternis. Non igitur necesse est ad hoc quod demonstratio sit, species esse, idest ideas, aut quodcunque unum extra multa, sicut ponebant Platonici mathematica separata cum ideis, ut sic demonstrationes possint esse de sempiternis. Sed necessarium est esse unum in multis et de multis, si demonstratio debet esse, quia non erit universale, nisi sit unum de multis; et si non sit universale, non erit medium demonstrationis; ergo nec demonstratio. Et quod oporteat medium demonstrationis esse universale, patet per hoc quod oportet medium demonstrationis esse unum et idem de pluribus praedicatum non aequivoce, sed secundum rationem eamdem: quod est ratio universalis. Si autem aequivocum esset, posset accidere vitium in arguendo.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]. The *littera* [A, 77a 5-9] implies that separated species were held to be necessary for *demonstration.*

[5] *In* I *Post. Anal.,* 30
Est autem considerandum quod per verba Philosophi, quae hic inducuntur, excluditur duplex positio. Prima quidem est positio Platonis; qui ponebat quod nos habebamus scientiam de rebus per species participatas ab ideis. Quod si esset verum, universalia fierent nobis nota absque inductione; et ita possemus acquirere scientiam eorum, quorum sensum non habemus. Unde et hoc argumento utitur Aristoteles contra Platonem in fine I Metaphysicae.

Source: See *Source* 2 under *S.T.* [56].

[6] *In* I *Post. Anal.,* 33
... excludit quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere quod praedicata, quae significant substantiam, non sunt vere et essentialiter id, de quo praedicantur, vel aliquid eius: neque accidentia, quae sunt in individuis sicut in subiectis, conveniunt huiusmodi communibus praedicatis essentialibus; quia huiusmodi praedicata universalia significant quasdam essentias semper separatas per se subsistentes, sicut Platonici dicebant.[1]

Sed ipse respondet quia, si supponantur species, idest ideae, esse, debent gaudere, quia secundum Platonicos habent aliquod nobilius esse, quam res nobis notae naturales. Huiusmodi enim res sunt particulares et materiales, illae autem sunt universales et immateriales.[1] Sunt enim quaedam praemonstrationes respectu naturalium, idest quaedam

exemplaria horum:' ut accipiantur hic monstra vel praemonstrationes sicut supra praemonstratur aliquid ad aliquid probandum. Quia ergo sunt praemonstrationes vel exemplaria rerum naturalium, necesse est quod in istis rebus naturalibus inveniantur aliquae participationes illarum spccierum, quae pertinent ad essentiam harum rerum naturalium. Et ideo si sint huiusmodi species separatae, sicut Platonici posuerunt, nihil pertinent ad rationem praesentem. Nos enim intendimus de huiusmodi rebus, de quibus in nobis scientia per demonstrationem acquiritur. Et huiusmodi sunt res in natura existentes nobis notae, de quibus demonstrationes fiunt. Et ideo si detur quod animal sit quoddam separatum, quasi praemonstratio existens animalium naturalium, tunc cum dico, homo est animal, secundum quod hac propositione utimur in demonstrando, ly animal significat essentiam rei naturalis, de qua fit demonstratio.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* I, 9 [991a 21-26].

[7] *In* I *Post. Anal.,* 41
Omne quod quiescit transmutatur, quia eiusdem est transmutari et quiescere; et omne quod delectatur quiescit, qua quies in bono desiderato causât delectationem; ergo omne quod delectatur transmutatur. – Alia demonstratio erit: Omne quod movetur transmutatur; omne quod delectatur movetur, quia delectatio est quidam motus appetitivae potentiae; ergo omne quod delectatur transmutatur. Vel quod dicit, Omne quod delectatur movetur, est secundum opinionem Platonis, et habet locum in delectationibus sensibilibus, quae sunt cum motu. Aliud quod dicit, Omne quod delectatur quiescit, est verum secundum opinionem Aristotelis, ut patet in VII et X Ethicorum.

Source: Nemesius, *De Nat. Horn.,* 42 [PG 40, 681] ; Aristotle, *Eth.,* VII, 11 [1152b 13]; X, 3 [1173a 31],

|8] *In* I *Post. Anal.,* 41
Et hoc quidem planum est videre secundum positiones platónicas, secundum quas hic Aristoteles exponit, utens eis ad propositum ostendendum; sicut frequenter in libris Logicae utitur opinionibus aliorum philosophorum ad propositum manifestandum per viam exempli. Posuit autem Plato quod unum est substantia rei cuiuslibet, quia non distinguebat inter unum quod convertitur cum ente, quod significat substantiam rei, et unum quod est principium numeri, quod considerat arithmeticus.[1] Hoc ergo unum, secundum quod recipit additionem positionis in continuo, accipit rationem puncti. Unde dicebat, quod unum est substantia non habens positionem. Punctum autem est substantia habens positionem: et sic punctum supra unitatem addit positionem.[2] Et sicut ex uno causantur omnes numeri non habentes positionem;[3] ita ex puncto, secundum platónicos, causantur omnes quantitates continuae. Nam punctus motus facit lineam; linea mota facit superficiem; superficies mota facit corpus.[4] Et secundum hoc quantitates continuae, de quibus est geometria, se habent ex appositione ad numeros, de quibus est arithmetica. Unde platonici posuerunt numeros esse formas magnitudinum, dicentes formas puncti esse unitatem; formam autem lineae esse binarium, propter duo extrema; formam autem superficiei esse ternarium, propter primam superficiem triangularem, scilicet quae

tribus angulis terminatur: formam autem corporis ponebat quaternarium, propter hoc quod prima figura corporea est pyramis triangularis, quae quatuor angulos corporales habet, unum scilicet in conum et tres in basim.[6]

Source: 1. See *Source* under 5. *T.* [5].
2. *Littera.*
3. Aristode, *Meta.,* 1,6 [987b33 - 988a 1]; 9 [99Ib 27 - 992a 24],
4. Aristode, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 -299al; 299a 6-11]; Averroes, *In Meta.,* I, *com.* 37 [22F]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21-566.16].
5. Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.27 - 36].

[9] *In* II *Post. Anal.,* 3

Et inducit exemplum de definitione animae secundum Platonem. Quia enim anima vivit, et est corpori causa vivendi, sequitur quod differat a corpore per hoc quod corpus vivit per aliam causam, anima vero vivit per seipsam. Ponebat autem Plato quod numerus est substantia omnium rerum: eo quod non distinguebat inter unum quod convertitur cum ente, quod significat substantiam ejus de quo dicitur, et unum quod est principium numeri;[1] et ita sequebatur quod anima substantialiter sit numerus, sicut et quaelibet alia res multa in se continens.[2] Item ponebat Plato quod vivere sit quoddam moveri. Duobus enim distinguitur vivum a non vivente, scilicet sensu et motu, ut dicitur in I De anima; et ipsum sentire sive cognoscere dicebat esse quoddam moveri. Sic ergo dicebat animam esse numerum seipsum moventem: dicebat etiam animam esse id quod est sibi causa vivendi.[3]

Source: 1. See *Source* under *S.T.* [5].
2. See *In De An.* [6].
3. See *Source* under *In Sent.* [3].

[10] *In* II *Post. Anal.,* 5

Et sumuntur ista exempla secundum opinionem Platonis, qui posuit quod eadem est ratio unius et boni. Videmus enim quod unumquodque appetit unitatem sicut proprium bonum. Unum autem est idem quod indivisibile; et sic per oppositum sequitur quod malum sit idem quod divisibile. Unumquodque enim refugit divisionem sui, quia per hoc tendit ad diminutum et imperfectum.

Source: Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* XI [F 91-94].

In XII libros Metaphysicorum Expositio

[1] *In* I *Meta.,* 3 [C 63]

Sed radix hujus opinionis est falsissima; quia non est conveniens, quod aliqua res divina invideat. Quod ex hoc patet, quia invidia est tristitia de prosperitate alicujus. Quod quidem accidere non potest, nisi quia bonum alterius aestimatur ab invido ut proprii boni diminutio. Deo autem non convenit esse tristem, cum non sit alicui malo subjectus. Nec etiam per bonum alterius ejus bonum diminui potest; quia ex ejus bonitate, sicut ex indeficienti fonte, omnia bona effluunt. Unde etiam Plato dixit, quod a Deo est omnis relegata invidia.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 10 [D II, 158]. Cf. Albertus Magnus, *Meta.,* I, 2, 8 [B VI, 33].

[2] *In* I *Mela.,* 4 [C 73]
Prima pars dividitur in duas. Prima ponit opiniones praetermittentium causam formalem. Secundo ponit opinionem Platonis, qui primo causam formalem posuit, ibi, 'Post dictas vero philosophias etc.'

Source: See *Source* 1 under *In Meta.* [5].

[3] *In* I *Meta.,* 7 [C 120]
Isti autem italici philosophi, qui et Pythagorici dicuntur, primi produxerunt quaedam mathematica.... Dicit ergo, 'primi,' quia Platonici eos sunt secuti.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[4] *In* I *Meta.,* 7 [C 123]
Propter quod Plato usque ad decem faciebat numerum, ut dicitur quarto Physicorum.

Source: Aristotle, *Phy.,* Ill, 6 [206b 32-33].

[5] *In* I *Meta.,* 10 [C 151]
Positis opinionibus antiquorum de causa materiali et efficiente, hic tertio ponit opinionem Platonis, qui primo manifeste induxit causam formalem.[1] Et dividitur in partes duas. Primo enim ponit opinionem Platonis. Secundo colligit ex omnibus praedictis quid de quatuor generibus causarum ab aliis philosophis sit positum, ibi, 'Breviter et recapitulariter etc.' Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis de rerum substantiis. Secundo de rerum principiis, ibi, 'Quoniam autem species etc.' Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis quantum ad hoc quod posuit ideas. Secundo quantum ad hoc quod posuit substantias medias, scilicet mathematica separata, ibi, 'Amplius autem praeter sensibilia.' Dicit ergo primo, quod post omnes praedictos philosophos supervenit negocium Platonis,[2] qui immediate Aristotelem praecessit. Nam Aristoteles ejus discipulus fuisse perhibetur.[3] Plato siquidem in multis secutus est praedictos philosophos naturales, scilicet Empedoclem, Anaxagoram et alios hujusmodi, sed alia quaedam habuit propria praeter illos praedictos philosophos, propter philosophiam Italicorum Pythagoricorum.[4] Nam ipse ut studiosus erat ad veritatis inquisitionem, ubique terrarum philosophos quaesivit, ut eorum dogmata sciret.[5] Unde in Italiam Tarentum venit, et ab Archita Tarentino Pythagorae discipulo de opinionibus Pythagoricis est instructus.[8]

Source: 1. In 73 [Zn I *Meta.,* 4] St. Thomas divides Aristode's treatment into two sections: (1) those who did not consider the formal cause and (2) [beginning here] Plato *'qui primo causam formalem posuit.'* At the end of the first section Aristotle points out that the philosophers just treated dealt only with the material and efficient cause [987a 2-9] and that the Pythagorians spoke superficially of the formal cause [987a 19-22], Hence the qualification here of *manifeste.*

2. *Littera.*
3. This could be gathered from Aristotle himself. St. Augustine states that Aristotle was the disciple of Plato *{De Civ. Dei,* VIII, 12 [B]).
4. Averroes *{In Meta.,* I, *com.* 5 [7vG]) identifies the Italians as Anaxagoras, Empedocles and Dem ocritus. Albert *{Meta.,*

I, 4, 12 [B VI, 80]) follows the same identification. St. Thomas, however, uses the information given by St. Augustine *[De Civ. Dei,* VIII, 2] and recognizes the Italians as the Pythagorians.

The text in the Cathala has 'aliam vero et propriam praeter Italicorum philosophiam habens.' The *Vetus* [S 268] reads: "... alia vero et propria circa Ytalicorum habens philosophiam.' St. Thomas interprets the *propria* with reference to the naturalists and indicates a closer dependence on the Pythagorians. Averroes [iW.] also stresses the influence of the Pythagorians.

5. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 4 [A],
6. St. Augustine [i¿i¿.] states: 'et inde in eas Italiae partes veniens [sc. Plato], ubi Pythagoreorum fama celebrabatur, quidquid Italicae philosophiae tunc florebat, auditis eminentioribus in ea doctoribus, facillime comprehendit.' I have not, however, been able to find in St. Augustine any reference to Archytas or Tarentum- This Cicero has in *De Finibus,* V, 29 [87] : *... cur Plato ... peragravit ... cur post Tarentum ad Archytam? cur ad reliquos Pythagoreos....', and St. Jerome (Ep. LUI [CSEL54, 443.7-9]).

[6] *In* I *Meta.,* 10 [C 152]

Cum enim naturales philosophos, qui in Graecia fuerunt,1 sequi videret, et intra eos aliqui posteriores ponerent omnia sensibilia semper esse in fluxu, et quod scientia de eis esse non potest,1 quod posuerunt Heraclitus et Cratylus, hujusmodi positionibus tamquam novis Plato consuetus, et cum eis conveniens in hac positione ipse posterius ita esse suscepit, unde dixit particularium scibilium scientiam esse relinquendam.3 Socrates etiam, qui fuit magister Platonis,4 et discipulus Archelai,6 qui fuit auditor Anaxagorae,6 propter hanc opinionem, quae suo tempore surrexerat, quod non potest esse de sensibilibus scientia, noluit aliquid de rerum naturis perscrutari, sed solum circa moralia negociatus est. Et ipse prius incepit in moralibus quaerere quid esset universale, et insistere ad definiendum.'

Source: 1. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 2 [A].
2. *Littera; Meta.,* IV, 5 [1010a 1-15].
3. *Littera.*
4. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII,2 [E];4[A, B and D].
5. 'Socrates huius [sc. *Archelai]* discipulus fuisse perhibetur....' *(Ibid.,* 2 [E]).
6. 'Anaxagorae successit auditor ejus Archelaus' [ZZ>t'</.].
7. *Littera* and pardy St. Augustine, *ibid.,* 3 [A].

[7] *In* I *Meta.,* 10 [C 153]

Unde et Plato tamquam ejus auditor, 'recipiens Socratem,' idest sequens, suscepit hoc ad inquirendum in rebus naturalibus, quasi in eis hoc posset evenire, ut universale in cis acciperetur de quo definitio traderetur, ita quod definitio non daretur de aliquo sensibilium; quia cum sensibilia sint semper 'transmutantium', idest transmútala, non potest alicujus eorum communis ratio assignari. Nam omnis ratio oportet quod et omni et semper conveniat, et ita aliquam immutabilitatem

requirit.[1] Et ideo hujusmodi entia universalia, quae sunt a rebus sensibilibus separata, de quibus definitiones assignantur, nominavit ideas et species existentium sensibilium:[2] 'ideas quidem,' idest formas, inquantum ad earum similitudinem sensibilia constituebantur:[3] species vero inquantum per earum participationem esse substantiale habebant.[4] Vel ideas inquantum erant principium essendi,[5] species vero inquantum erant principium cognoscendi.[6] Unde et sensibilia omnia habent esse propter praedictas et secundum eas. Propter eas quidem inquantum ideae sunt sensibilibus causae essendi. Secundum eas vero inquantum sunt eorum exemplaria.

Source: 1. The *littera;* see also Aristotle, *Meta.,* IV, 5 [1010a 1-15],
2. Aristotle [987b 8] has only *lôéaç ;* the *Vetus* translates 'ydeas' but the Cathala text has 'ideas et species' which was in the text here used by St. Thomas.
3. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 21-26].
4. The *littera.* Cf. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 11; b 3-5].
5. See 4 above.
6. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 12; 992b 24 - 993a 10], For the function of the ideas in being and in knowledge, cf. St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.

[8] *In* I *Meta.,* 10 [C 154]

Et quod hoc sit verum, patet ex eo, quod singulis speciebus attribuuntur 'multa individua univocorum,' idest multa individua univocae speciei praedicationem suscipientia et hoc secundum participationem; nam species, vel idea est ipsa natura speciei, qua est existens homo per essentiam. Individuum autem est homo per participationem, inquantum natura speciei in hac materia designata participatur. Quod enim totaliter est aliquid, non participat illud, sed est per essentiam idem illi. Quod vero non totaliter est aliquid habens aliquid aliud adjunctum proprie participare dicitur. Sicut si calor esset calor per se existens, non diceretur participare calorem, quia nihil esset in eo nisi calor. Ignis vero quia est aliquid aliud quam calor, dicitur participare calorem.

Source: The *littera* (but see *Source* 1 and 2 under *S.T.* [56]).

[9] *In* I *Meta.,* 10 [C 155]

Similiter autem cum idea hominis separata nihil aliud habeat nisi ipsam naturam speciei, est essentialiter homo. Et propterea ab eo vocabatur per se homo. Socrates vero vel Plato, quia habet praeter naturam speciei principium individuans quod est materia signata, ideo dicitur secundum Platonem participare speciem.

Source: This is implied in the separation described in 987b 1-10. See also Aristotle, *Eth.,* I, 4 [1096a 35 - b 3].

[10] *In* I *Meta.,* 10 [C 156]

Hoc autem nomen participationis Plato accepit a Pythagora.[1] Sed tamen transmutavit ipsum. Pythagorici enim dicebant numeros esse causas rerum sicut Platonici ideas,[2] et dicebant quod hujusmodi existentia sensibilia erant quasi quaedam imitationes numerorum. Inquantum enim numeri qui de se positionem non habent, accipiebant positionem, corpora causabant. Sed quia Plato ideas posuit immutabiles ad hoc quod de eis possent esse scientiae et definitiones,[3] non convenie-

bat ci in idcis uti nomine imitationis. Sed loco ejus usus est nomine participationis. Sed tamen est sciendum, quod Pythagorici, licet ponerent participationem, aut imitationem, non tamen perscrutati sunt qualiter species communis participetur ab individuis sensibilibus, sive ab eis imitetur, quod Platonici tradiderunt.

Source: 1. *Littera.*
2. See *Source* 4 under *In Meta.* [7].
3. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-7].

[11] *In* I *Meta.,* 10 [C 157]
Hic ponit opinionem Platonis de mathematicis substantiis : et dicit quod Plato posuit alias substantias praeter species et praeter sensibilia, idest mathematica; et dixit quod hujusmodi entia erant media trium substantiarum, ita quod erant supra sensibilia et infra species, et ab utrisque differebant. A sensibilibus quidem, quia sensibilia sunt corruptibilia et mobilia, mathematica vero sempiterna et immobilia. Et hoc accipiebant ex ipsa ratione scientiae mathematicae, nam mathematica scientia a motu abstrahit. Differunt vero mathematica a speciebus, quia in mathematicis inveniuntur differentia secundum numerum, similia secundum speciem: alias non salvarentur demonstrationes mathematicae scientiae. Nisi enim essent duo trianguli ejusdem speciei, frustra demonstraret geometra aliquos triangulos esse similes; et similiter in aliis figuris. Hoc autem in speciebus non accidit. Nam cum in specie separata nihil aliud sit nisi natura speciei, non potest esse singularis species nisi una. Licet enim alia sit species hominis, alia asini, tamen species hominis non est nisi una, nec species asini, et similiter de aliis.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18; 28-29]; III, 1; 2; 3; 5 [995b 13-18; 996a 12-17; 997a 34 - 997b 2; 997b 12 - 998a 6; 1002b 11-30]; VII, 1 [1028b 16-21]; XI, 1 ;2 [1059b6-8; 1060b 12-17]; XII, 1 [1069a 34 - 1069b 1]; *Phy.,* II, 2 [193b 31 - 194a 2].

[12] *In* I *Meta.,* 10 [C 158]
Patet autem diligenter intuenti rationes Platonis, quod ex hoc in sua positione erravit, quia credidit, quod modus rei intellectae in suo esse sit sicut modus intelligendi rem ipsam.[1] Et ideo quia invenit intellectum nostrum dupliciter abstracta intelligere, uno modo sicut universalia intelligimus abstracta a singularibus, alio modo sicut mathematica abstracta a sensibilibus, utrique abstraction! intellectus posuit respondere abstractionem in essentiis rerum : unde posuit et mathematica esse separata et species.[2] Hoc autem non est necessarium. Nam intellectus etsi intelligat res per hoc, quod similis est eis quantum ad speciem intelligibilem, per quam fit in actu; non tamen oportet quod modo illo sit species illa in intellectu quo in re intellecta: nam omne quod est in aliquo, est per modum ejus in quo est. Et ideo ex natura intellectus, quae est alia a natura rei intellectae, necessarium est quod alius sit modus intelligendi quo intellectus intelligit, et alius sit modus essendi quo res existit. Licet enim id in re esse oporteat quod intellectus intelligit, non tamen eodem modo. Unde quamvis intellectus intelligat mathematica non cointelligendo sensibilia, et universalia praeter particularia, non tamen oportet quod mathematica sint praeter sensibilia, et universalia praeter particularia. Nam videmus quod etiam visus percipit colo-

rem sine.sapore, cum tamen in sensibili bus.sapor et colorsiniulinveniantur.

Source: This text has no corresponding section in the *littera* nor does it resemble anything in Averroës or Albert the Great at this point.

1. Boethius, *In hag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15],
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33] and see *Source* under *In Meta.* [11].

113] *In* I *Mela.,* 10 [C 159]

Primo ponit cujusmodi principia Plato assignaverit. Secundo ostendit quomodo Plato cum Pythagoricis communicet, et in quo differat ab eis, ibi, 'Unum tamen substantiam.' Dicit ergo primo, quod quia secundum Platonem species separatae sunt causae omnibus aliis entibus, ideo elementa specierum putaverunt esse elementa omnium entium. Et ideo assignabant rebus pro materia, magnum et parvum, et quasi 'substantiam rerum,' idest formam dicebant esse unum. Et hoc ideo, quia ista ponebant esse principia specierum. Dicebant enim quod sicut species sunt sensibilibus formae, ita unum est forma specierum. Et ideo sicut sensibilia constituuntur ex principiis universalibus per participationem specierum, ita species, quas dicebat esse numeros, constituuntur secundum eum, 'ex illis,' scilicet magno et parvo. Unitas enim diversas numerorum species constituit per additionem et subtractionem, in quibus consistit ratio magni et parvi.1 Unde cum unum opinaretur esse substantiam entis, quia non distinguebat inter unum quod est principium numeri et unum quod convertitur cum ente,2 videbatur sibi quod hoc modo multiplicarentur diversae species separatae ex una quae est communis substantia, sicut ex unitate diversae species numerorum multiplicantur.

Source: 1. *Littera.*
2. See *Source* under *S.T.* [5].

114] *In* I *Meta.,* 10 [C 160]

Hic comparat opinionem Platonis Pythagorae. Et primo ostendit in quo conveniebant. Secundo in quo differebant, ibi, 'Pro infinito,' conveniebant autem in duabus positionibus. Quarum prima est quod unum sit substantia rerum. Dicebant enim Platonici, sicut etiam Pythagorici, quod hoc quod dico unum non probatur de aliquo alio ente, sicut accidens de subjecto, sed hoc signat substantiam rei.1 Et hoc ideo, quia, ut dictum est, non distinguebant inter unum quod convertitur cum ente, et unum quod est principium numeri.2

Source: 1. *Littera (Vetus* [S 269] : 'Unum tamen substantiam esse et non alterum aliquod esse dici siquidem equaliter Pytagoricis dixit.').
2. See *Source* under *S.T.* [5].

115] *In* I *Meta.,* 10 [C 161]

Secunda positio sequitur ex prima. Dicebant enim Platonici [similiter ut Pythagorici] numeros esse causas substantiae omnibus entibus.1 Et hoc ideo quia numerus nihil aliud est quam unitates collectae.2 Unde si unitas est substantia, oportet quod etiam numerus.

Source: *l. Littera (Vetus* |S 269.19-20]: *... et numeros causas esse materiei substantic similiter illis....').
2. Aristotle, *Meta.,* X, 1 [1053a 30] : 'Numerus autem pluralitas unitatum est.' [text, Cathala, *In* X *Meta.,* 2].

[16] *In* I *Meta.,* 10 [C 162]
Plato vero loco hujus unius quod Pythagoras posuit, scilicet infiniti, fecit dualitatem, ponens ex parte materiae magnum et parvum. Et sic infinitum quod Pythagoras posuit unum principium, Plato posuit consistere ex magno et parvo. Et hoc est proprium opinionis suae in comparatione ad Pythagoram.

Source: This is an expansion of the *littera* in view of the immediately preceding texts.

[17] *In* I *Meta.,* 10 [C 163]
Secunda differentia est, quia Plato posuit numeros praeter sensibilia, et hoc dupliciter. Ipsas enim species, numeros esse dicebat, sicut supra habitum est.1 Et iterum inter species et sensibilia posuit mathematica (ut supra dictum est)2 quae secundum suam substantiam numeros esse dicebat.3 Sed Pythagorici dicunt ipsas res sensibiles esse numeros,4 et non ponunt mathematica media inter species et sensibilia,5 nec iterum ponunt species separatas.'

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 23]: 'species esse numeros' *(Vetus* [S 269.17]).
2. *Ibid.* [987b 14-18].
3. *Ibid.* VII, 11 [1036b 12-13] and Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.27-36].
4. *Littera.*
5. *Littera.*
6. Implied in 987b 31-32: '... et specierum introducio propter earn que est in rationibus facta intencionem *(Vetus* [S 269. 26-27]).

[18] *In* I *Meta.,* 10 [C 164]
Deinde cum dicit 'unum igitur.'
Hic ostendit causam differentiae. Et primo secundae. Secundo causas differentiae primae, ibi, 'Dualitatem autem fere etc.' Dicit ergo quod ponere unum et numeros praeter res sensibiles, et non in ipsis sensibilibus, sicut Pythagorici fecerunt, et iterum introducere species separatas, evenit Platonicis propter scrutationem, 'quae est in rationibus,' idest propter hoc quod perscrutati sunt de definitionibus rerum, quas credebant non posse attribui rebus sensibilibus, ut dictum est. Et hac necessitate fuerunt coacti ponere quasdam res quibus definitiones attribuuntur. Sed Pythagorici qui fuerunt priores Platone, non participaverunt dialecticam, ad quam pertinet considerare definitiones et universalia hujusmodi, quarum consideratio induxit ad introductionem idearum.

Source: The *littera* of Aristotle and 987b 1-9.

[19] *In* I *Meta.,* 10 [C 165]
Deinde cum dicit 'dualitatem autem.'
Hic ostendit causam alterius differentiae, quae scilicet ex parte

materiae est. Et primo ponit causam hujusmodi differentiae. Secundo ostendit Platonem non rationabiliter mbtum esse, ibi, 'Attamen e contrario.' Dicit ergo quod ideo Platonici fecerunt dualitatem esse numerum, qui est alia natura a speciebus, quia omnes numeri naturaliter generantur ex dualitate praeter numeros primos. Dicuntur autem numeri primi, quos nullus numerat, sicut ternarius, quinarius, septenarius, undenarius, et sic de aliis. Hi enim a sola unitate constituuntur immediate. Numeri vero, quos aliquis alius numerus numerat, non dicuntur primi, sed compositi, sicut quaternarius, quem numerat dualitas et universaliter omnis numerus par a dualitate numeratur. Unde numeri pares materiae attribuuntur, cum eis attribuatur infinitum, quod est materiae, ut supra dictum est. Hac ratione posuit dualitatem, ex qua sicut 'aliquo echimagio,' idest ex aliquo exemplari omnes alii numeri pares generantur.

Source: The interpretation of the *littera* turns on the meaning of *'extra priores' [Vetus: 'sine primis']; see* Ross, *Aristotle's Metaphysics,* vol. 1, note 34, pp. 173-176. St. Thomas understands the phrase to refer to *numeri impares,* apparently taking his clue from Averroes *{In Meta.,* I, *com.* 8 [9vK]): '... autem posuit dualitatem quae est ex materiae, non ex natura formae, quia ex ea generantur numeri pares.'

[20] *In* I *Meta.,* 10 [C 166]

Hic ostendit Platonem irrationabiliter posuisse. Et circa hoc duo facit. Primo enim ex ratione naturali ostendit hoc. Secundo etiam ponit rationem naturalem, quae Platonem movebat ad suam opinionem, ibi, 'Videtur autem ex una materia.' Dicit ergo quod quamvis Plato poneret dualitatem ex parte materiae, tamen e converso contingit, sicut attestantur opiniones omnium aliorum philosophorum naturalium, qui posuerunt contrarietatem ex parte formae, et unitatem ex parte materiae, sicut patet primo Physicorum.

Source: 'Pro infinito vero et uno, dualitatem facere et infinitum ex magno et parvo.... Dualitatem autem facere alteram naturam....' (Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 25-26; 33]; text, Cathala, *In* I *Meta.,* 10).

[21] *In* I *Mela.,* 10 [C 167]

Deinde cum dicit 'videtur autem.'

Hic ponit rationem e converso ex his sensibilibus acceptam secundum opinionem Platonis. Videbat enim Plato quod unumquodque recipitur in aliquo secundum mensuram recipientis. Unde diversae receptiones videntur provenire ex diversis mensuris recipientium. Una autem materia est una mensura recipiendi. Vidit etiam quod agens, qui inducit speciem, facit multas res speciem habentes, cum sit unus, et hoc propter diversitatem quae est in materiis. Et hujus exemplum apparet in masculo et femina. Nam masculus se habet ad feminam sicut agens et imprimens speciem ad materiam. Femina autem impraegnatur ab una actione viri. Sed masculus unus potest impraegnare multas feminas. Et inde est quod posuit unitatem ex parte speciei, et dualitatem ex parte materiae.

Source: The Greek text has: yairsrat ⟨ʃ'ex /ziàç *fila taúnela* [988a 3-4], The *Velus* translates: *... videtur autem ex una

materia una *tripoda'* [S 269.34-35]. The first text given in the edition of Averroes [9D] reads: 'Apparel autem ex una materia una *mensa.'* St. Thomas, however, comments a *littera* in which the passage reads: 'Videtur autem ex una materia una *mensura',* in which he can find the general principle: 'unumquodque recipitur in aliquo secundum mensuram recipientis? The rest is an expansion of the *littera.*

[22] *In* I *Meta.,* 10 [C 168]
Est autem attendendum quod haec diversitas inter Platonem et naturales accidit propter diversam de rebus considerationem. Naturales enim considerant tantum quae sunt sensibilia, prout sunt subjecta transmutationi, in qua unum subjectum successive accipit contraria. Et ideo posuerunt unitatem ex parte materiae, et contrarietatem ex parte formae. – Sed Plato ex consideratione universalium deveniebat ad ponendum principia sensibilium rerum. Unde, cum diversitatis multorum singularium sub uno universali causa sit divisio materiae, posuit diversitatem ex parte materiae, et unitatem ex parte formae. 'Et tales sunt mutationes illorum principiorum? quae posuit Plato, idest participationes, vel ut ita dicam influentias in causata: sic enim nomen immutationis Pythagoras accipit. Vel immutationes dicit inquantum Plato mutavit opinionem de principiis, quam primi naturales habuerunt, ut ex praedictis patet. Et sic patet ex praedictis, quod Plato de causis quaesitis a nobis ita definivit.

Source: Plato's procedure is described in Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; cf. Aristotle, *De Gen. et Cor.,* I, 2 [316a 8-11].

[23] *In* I *Meta.,* 10 [C 169]
Deinde cum dicit 'palam autem'
Hic ostendit ad quod genus causae principia a Platone posita reducantur. Dicit ergo, ex dictis palam esse quod Plato usus est solum duobus generibus causarum. Causa enim 'ipsa? idest causa, quae est causa ei, 'quod quid est? idest quidditatis rei, scilicet causa formalis, per quam rei quidditas constituitur: et etiam usus est ipsa materia. Quod ex hoc patet, quia species quas posuit 'sunt aliis? idest sensibilibus causae ejus 'quod quid est,' idest causae formales: ipsis vero speciebus causa formalis est hoc quod dico unum, et illa videtur substantia de qua sunt species: sicut ens unum ponit causam formalem specierum: ita magnum et parvum ponit earum causam quasi materialem, ut supra dictum est. Et hae quidem causae, scilicet formalis et materialis, non solum sunt respectu specierum, sed etiam respectu sensibilium, quia unum dicitur 'in speciebus:' idest id quod hoc modo se habet ad sensibilia, sicut unum ad speciem, est ipsa species, quia ea dualitas quae respondet sensibilibus pro materia est magnum et parvum.

Source: This is simply an expansion of the *littera* read in the light of the previous sections of the text (See *In* I *Meta.,* 10 [151 sq.].).

[24] *In* I *Mela.,* 10 [C 170]
Ulterius Plato assignavit causam ejus quod est bonum et malum in rebus, et singulis elementis ab eo positis. Nam causam boni ascribebat speciei, causam vero mali materiae.l Sed tamen causam boni et mali conati sunt investigare quidam primorum philosophorum, scilicet Anaxagoras

ct Empedocles, qui ad hoc specialiter aliquas causas in rebus constituerunt, ut ab eis possent assignare principia boni et mali. In hoc autem quod boni causas et mali tetigerunt, aliquo modo accedebant ad ponendum causam finalem, licet non per se, sed per accidens eam ponerent, ut infra dicetur.2

Source: 1. The *littera* has: 'Amplius boni et mali causam dedit elementis singulis singularem [sc. philosophum].' Since Plato was just mentioned as using two causes, the formal and the material, and since form is the principle of the good (See St. Thomas, *In* I *Meta.,* 11 [178-179] and the *littera.'),* the attribution of evil to matter would seem to be implied in the text. [Averroes makes no reference to *malum.]* This is connected with the identification of matter and privation (See Aristotle, *Phy.,* 1, 8 [192a 2-6].).
2. Aristotle, *Meta.,* I, 7 [988b 6-16],

125] *In* I *Meta.,* 11 [C 173]
Dicit ergo primo quod illi, scilicet priores philosophi, omnes in hoc conveniunt, quod dant rebus aliquod principium quasi materiam. – Differunt tamen in duobus. Primo, quia quidam posuerunt unam materiam, sicut Thales et Diogenes et similes: quidam plures, sicut Empedocles. Secundo, quia quidam posuerunt rerum materiam esse aliquod corpus, sicut praedicti philosophi. Quidam incorporeum, sicut Plato qui posuit dualitatem.1 Posuit enim Plato magnum et parvum, quae non dicunt aliquod corpus.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-21].
2. *Ibid.* [987b 25-26],

126] *In* I *Meta.,* 11 [C 176]
Sed inter alios maxime appropinquaverunt ad ponendum causam formalem qui posuerunt species, et eas rationes qui ad species pertinent,1 sicut unitatem et numerum et alia hujusmodi. Species enim et ea quae sunt modo praedicto in speciebus, ut unitas et numerus, non suscipiuntur vel ponuntur ab eis ut materiae rerum sensibilium, cum potius ex parte rerum sensibilium materiam ponant. Nec ponunt eas ut causas unde motus proveniat rebus, immo magis sunt rebus causa immobilitatis. Quicquid enim necessarium in sensibilibus invenitur, hoc ex speciebus causari dicebant, et ipsas, scilicet species, dicebant esse absque motu. Ad hoc enim ab eis ponebantur, ut dictum est, quod immobiles existentes uniformiter se haberent, ita quod de eis possent dari definitiones et fieri demonstrationes. Sed secundum eorum opinionem species rebus singulis praestant quidditatem per modum causae formalis, et unitas hoc ipsum praestat speciebus.2

Source: 1. *Littera:* 'Maxime vero hi dicunt qui species et eas in speciebus rationes ponunt' [988a 35 - b 1; text, Cathala, *In* I *Mela.,* 11].
2. *Littera* and Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1 - 988a 15].

|27] *In* I *Meta.,* 11 [C 178-179]
Similiter autem Pythagorici et Platonici qui dixerunt rerum substantiam esse ipsum unum et ens, uni etiam et enti attribuebant bonitatem. Et sic dicebant talem naturam, scilicet bonum, esse rebus sensibilibus causam substantiae, vel per modum causae formalis, sicut Plato posuit,

vol per modum materiae sicut Pythagorici. Non tamen dicebant quod esse rerum aut fieri esset hujus causa, scilicet unius et entis, quod pertinet ad rationem causae finalis. Et sic sicut naturales posuerunt bonum esse causam, non per modum causae formalis, sed per modum causae efficientis: ita Platonici posuerunt bonum esse causam per modum causae formalis et non per modum causae finalis: Pythagorici vero per modum causae materialis.

Unde patet quod accidebat eis quodammodo dicere bonum esse causam, et quodammodo non dicere. Non enim simpliciter dicebant bonum esse causam, sed per accidens. Bonum enim secundum propriam rationem est causa per modum causae finalis. Quod ex hoc patet, quod bonum est, quod omnia appetunt. Id autem, in quod tendit appetitus, est finis: bonum igitur secundum propriam rationem est causa per modum finis. Illi igitur ponunt bonum simpliciter esse causam, qui ponunt ipsum esse causam finalem. Qui autem attribuunt bono alium modum causalitatis, ponunt ipsum esse causam, et hoc per accidens, quia non ex ratione boni, sed ratione ejus cui accidit esse bonum, ut ex hoc quod est esse activum vel perfectivum. Unde patet quod isti philosophi causam finalem non ponebant nisi per accidens, quia scilicet ponebant pro causa, id cui convenit esse finem, scilicet bonum; non tamen posuerunt ipsum esse causam per modum finalis causae, ut dictum est.

Source: *Littera.*

[28] *In* I *Meta.,* 12 [C 199]

Patet igitur quod Anaxagoras secundum illa quae exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tamen videbatur directe dicere aliquid propinquius opinionibus posteriorum, quae sunt veriores, scilicet opinioni Platonis et Aristotelis qui recte de materia prima senserunt, quae quidem opiniones tunc erant magis apparentes.

Source: Aristotle says merely [989b 19-20]: 'Vult [sc. Anaxagoras] tamen aliquid posterius dicentibus propinquum.... [text, Cathala]. The point in which he is praised is that his original mixture was *indeterminate* [989b 5-12; St. Thomas, *In* I *Meta.,* 12 [G 196]) and on this point, the 'matters' of Aristotle and Plato are alike.

[29] *In* I *Meta.,* 13 [C 201]

Hic disputat contra opiniones Pythagorae et Platonis, qui altera principia posuerunt quam naturalia.[1] Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod consideratio harum opinionum magis pertinet ad scientiam praesentem, quam praedictarum. Secundo incipit contra eas disputare, ibi, 'Ergo qui Pythagorici sunt vocati.' Dicit ergo primo, quod illi qui 'faciunt theoricam,' idest considerationem de omnibus entibus, et ponunt, quod entium quaedam sunt sensibilia, quaedam insensibilia, perscrutantur de utroque genere entium.[2] Unde investigare de opinionibus eorum, qui bene et qui non bene dixerunt, magis pertinet ad perscrutationem quam proponimus tradere in hac scientia. Nam haec scientia est de omnibus entibus, non de aliquo particulari genere entis. Et sic illa quae pertinet ad omnia entis genera, magis sunt hic consideranda quam illa quae pertinent ad aliquod particulare genus entis etc.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 5 [987a 2-9]; 6 [987b 18-988a 1].
2. *Ibid.* [987b 18 - 988a 1].

130] *In* 1 *Meta.,* 13 [C 203]
Pythagoras vero, quia ponebat principia incorporea, scilicet numeros, quamvis non poneret principia nisi corporum sensibilium, ponebat tamen entium intelligibilium, quae non sunt corpora, principia pene, sicut et Plato posterius fecit.

Source: The reference is to the composition of Ideas out of numbers- See *In Meta.* [13].

[31] *In* I *Mela.,* 13 [C 206]
Plato autem dixit alium numerum, qui est substantia sensibilium et qui est causa. Et quia ipse Plato existimavit sicut Pythagoras, numeros esse ipsa corpora sensibilia et causas eorum, sed numeros intellectuales aestimavit causas insensibilium, numeros vero sensibiles causas esse et formas sensibilium. Quid quia Pythagoras non fecit, insufficienter posuit.

Source: *Littera.*

[32] *In* I *Meta.,* 14 [C 208]
Hic disputat contra opinionem Platonis: et dividitur in duas partes. Primo disputat contra ejus opinionem, quantum ad hoc quod ponebat de rerum substantiis. Secundo quantum ad hoc quod de rerum principiis, ibi, 'Omnino autem sapientia.' Prima dividitur in duas partes. Primo enim disputat contra hoc quod ponebat substantias species. Secundo quantum ad hoc quod ponebat de mathematicis, ibi, 'Amplius si sunt numeri.' Circa primum duo facit. Primo enim disputat contra ipsam positionem Platonis. Secundo contra rationem ipsius, ibi, 'Amplius autem secundum quos etc.' Dicit ergo primo, quod Platonici ponentes ideas esse quasdam substantias separatas, in hoc videntur deliquisse, quia cum ipsi quaerentes causas horum sensibilium entium, praetermissis sensibilibus, adinvenerunt quaedam alia nova entia aequalia numeris sensibilibus. Et hoc videtur inconveniens: quia qui quaerit causas aliquarum rerum, debet ipsas certificare, non alias res addere, ex quarum positione accrescat necessitas inquisitionis: hoc enim simile est ac si aliquis vellet numerare res aliquas, quas non putet se posse numerare sicut pauciores, sed vult eas numerare multiplicando eas per additionem aliquarum rerum. Constat enim quod talis stulte movetur, quia in paucioribus est via magis plana, quia melius et facilius certificantur pauca quam multa. Et numerus tanto est certior quanto est minor, sicut propinquior unitati, quae est mensura certissima. Sicut autem numeratio est quaedam rerum certificado quantum ad numerum, ita inquisitio de causis rerum est quaedam certa mensura ad certificationem naturae rerum. Unde sicut numeratae pauciores res facilius certificantur quantum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quantum ad earum naturam. Unde cum Plato ad notificandum res sensibiles tantum, multiplicaverit rerum genera, adjunxit difficultates, accipiens quod est difficilius ad manifestationem facilioris, quod est inconveniens.

Source: *Littera.*

[33] *In* I *Meta.,* 14 [C 209]
Et quod ideae sint aequales numero, aut non pauciores sensibilibus, de quibus Platonici inquirunt causas (quibus Aristoteles se connumerat, quia Platonis discipulus fuit)l et determinaverunt procedentes de his

sensibilibus nd praedictas species, manifestum est si consideretur, qua ratione Platonici ideas induxerunt: hac, scilicet, quia videbant in omnibus univocis unum esse in multis. Unde id unum ponebant esse speciem separatam. Videmus tamen, quod circa omnes substantias rerum aliarum ab ideis invenitur unum in multis per modum univocae praedicationis, inquantum inveniuntur multa unius speciei. Et hoc non solum in sensibilibus corruptibilibus, sed etiam in mathematicis, quae sunt sempiterna: quia et in eis multa sunt unius speciei, ut supra dictum est. Unde relinquitur quod omnibus speciebus rerum sensibilium respondeat aliqua idea.2 Quaelibet igitur earum est quoddam aequivocum cum istis sensibilibus, quia communicat in nomine cum eis. Sicut enim Socrates dicitur homo, ita et illa. Tamen differunt ratione. Ratio enim Socratis est cum materia. Ratio vero hominis idealis est sine materia.3 Vel secundum aliam literam,4 unaquaeque species dicitur esse aliquid univocum, inquantum scilicet est unum in multis, et convenit cum illis de quibus praedicatur, quantum ad rationem speciei. Ideo autem dicit aequales, aut non pauciores, quia ideae vel ponuntur solum specierum, et sic erunt aequales numero istis sensibilibus, si numerentur hic sensibilia secundum diversas species, et non secundum diversa individua quae sunt infinita. Vel ponuntur ideae non solum specierum, sed etiam generum:5 et sic sunt plures ideae quam species sensibilium, quia ideae tunc erunt species omnes, et praeter haec omnia et singula genera. Et propter hoc dicit aut non pauciores quidem, sed plures. Vel aliter, ut dicantur esse aequales, inquantum ponebat eas esse sensibilium; non pauciores autem sed plures, inquantum ponebat eas non solum species sensibilium, sed etiam mathematicorum.

Source: 1. St. Augustine, *De Civ. Dei.,* VIII, 12 [B],
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
3. A *littera* which contained the *aequivocum* of the Cathala text. See *In Meta.* [9].
4. Apparently the *Velus* which reads 'Unaqueque enim *univocum* quoddam est et prêter substantias, etc.' [990b 6-7].
5. St. Thomas frequently asserts that Plato did not posit Ideas of *genera.* This he seems to find implied in Aristotle's argument that there should be such Ideas. See *In Meta.* [78].

[34] *In* I *Meta.,* 14 [C 210]
Deinde cum dicit 'amplius autem.'

Hic disputat contra Platonem quantum ad rationem suae positionis. Et circa hoc duo facit. Primo tangit modos in generali, quibus rationes Platonis deficiebant. Secundo exponit illos in speciali, ibi, 'Quia secundum rationes scientiarum.' Dicit ergo primo, quod secundum nullum illorum modorum videntur species esse, secundum quos nos Platonici ostendimus species esse. Et hoc ideo quia ex quibusdam illorum modorum non necessarium est 'fieri syllogismum,' idest quasdam rationes Platonis, quia scilicet non de necessitate possunt syllogizare species esse: ex quibusdam vero modis fit syllogismus, sed non ad propositum Platonis: quia per quasdam suas rationes ostenditur, quod species separatae sunt quarumdam rerum, quarum esse species Platonici non putaverunt similiter, sicut et illarum quarum putaverunt, esse species.

Source: *Littera.* (Averroes, *In Meta.,* I, *com.* 27 [18D] has quite a different interpretation.)

[35] *In* I *Meta.,* 14 [C 211]

Deinde cum dicit 'quia secundum.*

Hic prosequitur istos modos in speciali: ct primo prosequitur secundum, ostendendo quod sequitur per rationem Platonis species esse aliquorum, quorum species Plato non ponebat. Secundo prosequitur primum, ostendens quod rationes Platonis non sunt sufficientes ad ostendendum esse ideas, ibi, 'Omnium autem dubitabit aliquis etc.' Circa primum ponit septem rationes: quarum prima talis est. Una rationum inducentium Platonem ad ponendum ideas summebatur ex parte scientiae: quia videlicet scientia cum sit de necessariis, non potest esse de his sensibilibus, quae sunt corruptibilia, sed oportet quod sit de entibus separatis incorruptibilibus.1 Secundum igitur hanc rationem ex scientiis sumptam, sequitur quod species sint omnium quorumcumque sunt scientiae. Scientiae autem non solum sunt de hoc quod est esse unum in multis, quod est per affirmationem, sed etiam de negationibus: quia sicut sunt aliquae demonstrationes concludentes affirmativam propositionem, ita sunt etiam demonstrationes concludentes negativam propositionem: ergo oportet etiam negationum ponere ideas.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29 - b 9]. The rest of the text depends directly on the *littera.*

[36] *In* I *Mela.,* 14 [C 212]

Deinde cum dicit 'et secundum.'

Hic ponit secundam rationem. In scientiis enim non solum intelligitur quod quaedam semper se eodem modo habent, sed etiam quod quaedam corrumpuntur; aliter tolleretur scientia naturalis, quae circa motum versatur. Si igitur oportet esse ideas omnium illorum quae in scientiis intelliguntur, oportet esse ideas corruptibilium inquantum corruptibilia, hoc est inquantum sunt haec sensibilis singularia; sic enim sunt corruptibilia. Non autem potest dici secundum rationem Platonis, quod scientiae illae, quibus intelligimus corruptiones rerum, intelligantur corruptiones horum sensibilium; quia horum sensibilium non est intellectus, sed imaginatio vel phantasia, quae est motus factus a sensu secundum actum, secundum quod dicitur in secundo de Anima.

Source: *Littera.*

[37] *In* I *Meta.,* 14 [C 213]

Deinde cum dicit 'amplius autem.'

Hic ponit tertiam rationem, quae continet duas conclusiones, quas certissimis rationibus dicit concludi. Una est, quia si ideae sunt omnium, quorum sunt scientiae, scientiae autem non solum sunt de absolutis, sed etiam sunt de his quae dicuntur ad aliquid, sequitur hac ratione faciente quod ideae sunt etiam eorum quae sunt ad aliquid: quod est contra opinionem Platonis; quia cum ideae separatae sint secundum se existentes, quod est contra rationes ejus quod est ad aliquid, non ponebat Plato eorum quae sunt ad aliquid, aliquod esse genus idearum, quia secundum se dicuntur.

Source: *Littera.*

[38] *In* I *Mela.,* 14 [C 214-216]

Alia conclusio est quae ex aliis rationibus certissimis sequitur, quod scilicet sit tertius homo. Quod quidem tripliciter potest intelligi. Uno

modo quod intelligatur, quod homo idealis sit tertius a duobus hominibus sensibilibus, qui communis hominis praedicationem suscipiunt. Sed haec non videtur ejus esse intentio, licet non tangatur secundo Elenchorum: haec enim est positio contra quam disputat: unde ad hoc non duceret quasi ad inconveniens.

Alio modo potest intelligi, ut dicatur tertius homo, scilicet qui sit communis et homini ideali et homini sensibili. Cum enim homo sensibilis et homo idealis conveniant in ratione, sicut duo homines sensibiles, et sicut homo idealis ponitur tertius praeter duos homines sensibiles, ita alius homo debet poni tertius praeter hominem idealem et hominem sensibilem. Et hoc etiam non videtur hic esse ejus intentio, quia ad hoc inconveniens statim alia ratione ducet: unde esset superfluum hic ad idem inconveniens ducere.

Tertio modo potest intelligi, quia Plato ponebat in quibusdam generibus tria, quaedam scilicet sensibilia, mathematica et species, sicut in numeris et lineis et omnibus hujusmodi. Non est autem major ratio quare in quibusdam rebus ponantur media quam in aliis; ergo oportebat etiam in specie hominis ponere hominem medium, qui erit tertius inter hominem sensibilem et idealem: et hanc etiam rationem in posterioribus libris Aristoteles ponit.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18]; VII, 10 [1036b 12-17];
Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.27-36].

[39] *In* I *Meta.,* 14 [C 217]
Deinde cum dicit 'et omnino.'

Hic ponit quartam rationem quae talis est. Quicumque per suam rationem removet aliqua, quae sunt apud eum magis nota quam ipsa positio, inconvenienter ponit. Sed istae rationes, quas Plato posuit, de speciebus separatis, auferunt quaedam principia, quae Platonici dicentes esse species magis volunt esse vera quam hoc ipsum quod est, ideas esse: ergo Plato inconvenienter posuit.[1] Minorem autem sic manifestat. Ideae secundum Platonem sunt priores rebus sensibilibus et mathematicis:[2] sed ipsae ideae sunt numeri secundum eum,[3] et magis numeri impares quam pares, quia numerum imparem attribuebat formae, parem autem materiae. Unde et dualitatem dixit esse materiam.[4] Sequitur ergo quod alii numeri sunt priores dualitate, quam ponebat sicut materiam sensibilium, ponens magnum et parvum.[5] Cujus contrarium Platonici maxime asserebant, scilicet dualitatem esse primam in genere numeri.'

Source: \. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-20].
3. *Ibid.* [987b 22].
4. *Ibid.* [987b 20-23 and 34 - 988a 1].
5. *Ibid.* [987b 20-21; 33].
6. Implied in the *littera.*

[40] *In* I *Meta.,* 14 [C 218]
Item si, sicut per superiorem rationem probatum est, oportet esse aliquas ideas relationum, quae sint secundum se ad aliquid, et ipsa idea est prior eo quod participat ideam, sequitur quod hoc ipsum quod est ad aliquid est prius absoluto quod secundum se dicitur. Nam hujusmodi substantiae sensibiles, quae participant ideas, absolute dicuntur. Et

similiter de omnibus est quaccumquc illi qui sequuntur opinionem de ideis dicunt opposita principiis per se notis, quae etiam ipsi maxime concedebant.

Source: *Littera.* The interpretation of 'principiis' is not in the *littera* and is different from that of Averroes *(In Meta.,* I, *com.* 28 [19A]).

[41] *In* I *Meta.,* 14 [C 219]
Deinde cum dicit 'amplius autem.'

Hic ponit quintam rationem, quae talis est. Ideae ponebantur a Platone, ut eis competerent rationes sive definitiones positae in scientiis, ut etiam de eis scientiae esse possent.1 Sed 'intelligentia una,' idest simplex et indivisibilis, qua scitur de unoquoque quid est, non solum est circa substantias 'sed etiam de aliis,' scilicet accidentibus. Et similiter scientiae non solum sunt substantiae, et de substantia, sed etiam inveniuntur scientiae 'aliorum,' scilicet accidentium: ergo patet quod ad aestimationem, secundum quam vos Platonici esse dicitis ideas, sequitur quod species non solum essent substantiarum, sed etiam multorum aliorum, scilicet accidentium. Et hoc idem sequitur non solum propter definitiones et scientias, sed etiam accidunt multa 'alia talia,' scilicet plurima, ex quibus oportet ponere ideas accidentium secundum rationes Platonis.2 Sicut quia ponebat ideas principia essendi et fieri rerum,' et multorum hujusmodi, quae conveniunt accidentibus.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29 - b 9].
2. *Littera.*
3. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991b 3-4].

[42] *In* I *Meta.,* 14 [C 220]
Sed ex alia parte secundum quod Plato opinabatur de ideis, et secundum necessitatem, qua sunt necessariae sensibilibus 'inquantum' scilicet sunt participabiles a sensibilibus, est necessarium ponere quod ideae sint solum substantiarum. Quod sic patet. Ea quae sunt secundum accidens non participantur: sed ideam oportet participari in unoquoque inquantum non dicitur de subjecto. Quod sic patet. Quia si aliquod sensibile participat 'per se duplo,' idest duplo separato (sic enim appellabat Plato omnia separata, scilicet per se entia): oportet quod participet sempiterno; non quidem per se, quia tunc sequeretur quod dupla sensibilia essent sempiterna, sed per accidens: inquantum scilicet ipsum per se duplum quod participatur est sempiternum. Ex quo patet quod participatio non est eorum quae accidentia sunt, sed solummodo substantiarum. Unde secundum opinionem Platonis non erat aliquod accidens species separata, sed solum substantia: et tamen secundum rationem sumptam ex scientiis oportebat quod esset species etiam accidentium, ut dictum est.

Source: *Littera.*

[43] *In* I *Meta.,* 14 [C 221]
Deinde cum dicit 'haec vero.'

Hic ponit sextam rationem, quae talis est. Istae res sensibiles substantiam significant in rebus quae videntur et similiter illic, ut in rebus intelligibilibus, quae substantiam significant, quia tam intelligibilia quam sensibilia substantiam ponebant: ergo necesse est ponere praeter

utrasque substantias, scilicet intclligibiles ct sensibiles, aliquid commune eis quod sit unum in multis: ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inveniebant unum in multis, quod credebant esse praeter illa multa.

Source: *Lillera.* Cf. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 2 - b 22].

[44] *In* I *Meta.,* 14 [C 222]

Et quod hoc ponere sit necessarium, scilicet aliquod unum praeter substantias sensibiles et praeter species, sic ostendit. Aut enim ideae ct sensibilia quae participant ideas sunt unius speciei aut non. — Si sunt unius speciei, omnium autem multorum in specie convenientium oportet ponere secundum positionem Platonis unam speciem separatam communem, oportebit igitur aliquid ponere commune sensibilibus et ipsis ideis, quod sit separatum ab utroque. Non potest autem responderi ad hanc rationem quod ideae quae sunt incorporales et immateriales non indigent aliis speciebus superioribus; quia similiter mathematica quae ponuntur a Platone media inter sensibilia et species, sunt incorporea et immaterialia: et tamen, quia plura eorum inveniuntur unius speciei, Plato posuit eorum speciem communem separatam, qua etiam participant non solum mathematica, sed etiam sensibilia. Si igitur est una et eadem dualitas, quae est species vel idea dualitatis, quae quidem est etiam in dualitatibus sensibilibus quae sunt corruptibiles, sicut exemplar est in exemplato et in dualitatibus etiam mathematicis quae sunt multae unius speciei, sed tamen sunt sempiternae, eadem ratione in eadem dualitate, scilicet quae est idea et in alia quae est mathematica, vel sensibilis, erit alia dualitas separata. Non enim potest reddi propter quid illud sit, et hoc non sit.

Source: *Littera.*

[45] *In* I *Meta.,* 14 [C 223]

Si autem detur alia pars, scilicet sensibilia quae participant ideas non sunt ejusdem speciei cum ideis: sequitur quod nomen quod dicitur de ideis et de substantia sensibili dicatur omnino aequivoce. Illa enim dicuntur aequivoce, quorum solum nomen commune est, ratione speciei existente diversa. Nec solum sequitur quod sint quocumque modo aequivoca, sed simpliciter aequivoca, sicut illa quibus imponitur unum nomen sine respectu ad aliquam communicationem, quae dicuntur aequivoca a casu. Sicut si aliquem hominem aliquis vocaret Calliam ct aliquod lignum.

Source: *Littera.*

[46] *In* I *Meta.,* 14 [C 224]

Hoc autem ideo addidit Aristoteles quia posset aliquis dicere quod non omnino aequivoce aliquod nomen praedicatur de idea et de substantia sensibili, cum de idea praedicetur essentialiter, de substantia vero sensibili per participationem. Nam idea hominis secundum Platonem dicitur per se homo, hic autem homo sensibilis dicitur per participationem. Sed tamen talis aequivocatio non est pura; sed nomen quod per participationem praedicatur, dicitur per respectum ad illud quod praedicatur per se, quod non est pura aequivocatio, sed multiplicitas analogiae. Si autem essent omnino aequivoca a casu idea et substantia sensibilis, sequeretur quod per unum non posset cognosci aliud, sicut aequivoca non se invicem notificant.

Source: *Littera* and see *Source* 2 under *S.T.* [56].

147] *In* I *Mela.,* 15 [C 225]
Hic improbat opinionem Platonis quantum ad hoc quod non concludebat quod concludere intendebat. Intendebat enim Plato concludere ideas esse per hoc, quod sunt necesse sensibilibus rebus secundum aliquem modum. Unde Aristoteles ostendens quod ideae ad nihil possunt sensibilibus utiles esse, destruit rationes Platonis de positione idearum: et ideo dicit quod inter omnia dubitabilia, quae sunt contra Platonem, illud est maximum, quod species a Platone positae non videntur aliquid conferre rebus sensibilibus, nec sempiternis, sicut sunt corpora caelestia: nec his, quae fiunt et corrumpuntur sicut corpora elementaria. Quod sigillatim de omnibus ostendit propter quae Plato ponebat ideas, cum dicit 'nec enim.'

Source: The *littera* is expanded in the light of the following arguments.

148] *In* I *Meta.,* 15 [C 226]
Ibi incipit quinque ostendere. Primo quod non prosunt ad motum. Secundo quod non prosunt ad scientias, ibi, 'sed nec ad scientiam.' Tertio quod non prosunt sicut exemplaria, ibi, 'Dicere vero exemplaria etc.' Quarto quod non prosunt sicut substantiae, ibi, 'Amplius opinabitur.' Quinto quod non prosunt sicut causae fiendi, ibi, 'In Phaedone vero etc.' Dicit ergo primo, quod species non possunt conferre sensibilibus, ita quod sint eis causa motus vel transmutationis alicujus. Cujus rationem hic non dicit, sed superius tetigit, quia videlicet ideae non introducebantur propter motum, sed magis propter immobilitatem. Quia enim Platoni videbatur quod omnia sensibilia semper essent in motu, voluit aliquid ponere extra sensibilia fixum et immobile, de quo posset esse certa scientia. Unde species non poterant ab eo poni sicut principia sensibilia motus, sed potius sicut immobiles, et immobilitatis principia: ut scilicet si aliquid fixum et eodem modo se habens in rebus sensibilibus invenitur, hoc sit secundum participandam idearum, quae per se sunt immobiles.

Source: *Littera* and Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 2 - b 22].

[49] *In* I *Meta.,* 15 [C 227-228]
Deinde cum dicit 'sed nec ad.'

Ostendit secundo, quod species non prosunt sensibilibus ad scientiam, tali ratione. Cognido uniuscujusque perficitur per cognitionem suae substantiae, et non per cognitionem aliquarum substantiarum extrinsecarum: sed substantiae separatae quas dicebant species, sunt omnino aliae ab istis substantiis sensibilibus: ergo earum cognitio non auxiliatur ad scientiam illorum sensibilium.

...Nec potest dici quod illae species sunt substantiae istorum sensibilium: nam cujuslibet rei substantia est in eo cujus est substantia. Si igitur illae species essent substantiae rerum sensibilium, essent in his sensibilibus: quod est contra Platonem.

Source: *Littera* and Aristotie, *Meta.,* I, 6 [987b 1-6].

[50] *In* I *Meta.,* 15 [C 229]
Nec iterum potest dici quod illae species adsint istis substantiis sensibilibus, sicut participantibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur

aliquas spec ics horum sensibilium causas esse. Sicut non intelligereinus ipsum album per se existons, ac si esset quoddam album separatum, permisceri albo quod est in subjecto, et albedinem participare, ut sic etiam dicamus quod homo iste, qui est separatus, permisceatur huic homini qui componitur ex materia et natura speciei, quam participat. Sed haec ratio est valde 'mobilis,' idest destructibilis: hanc enim rationem primo tetigit Anaxagoras qui posuit etiam formas et accidentia permisceri rebus. Et secundo tetigit Hesiodus et alii quidam. Et ideo dico quod est valde mobilis, scilicet quia facile est colligere multa impossibilia contra talem opinionem. Sequitur enim, sicut supra dixit contra Anaxagoram, quod accidentia et formae possunt esse sine substantiis. Nam ea sola nata sunt misceri quae possunt separatim existere.

Source: *Littera.*

[51] *in* I *Meta.,* 15 [C 230]
Sic igitur non potest dici quod species sic conferant ad scientiam sensibilium ut eorum substantiae, nec quod sint eis principia existendi per modum participandi. Nec etiam potest dici quod ex speciebus sicut ex principiis 'sunt alia,' scilicet sensibilia secundum ullum eorum modum qui consueverunt dici. Unde si eadem sunt principia essendi et cognoscendi, oportet quod species non conferant ad scientias, cum principia essendi esse non possint. Ideo autem dicit secundum ullum modum consuetorum dici, quia Plato invenerat novos modos aliquid ex alio cognoscendi.

Source: *Littera.*

[52] *In* I *Meta.,* 15 [C 231]
Deinde cum dicit 'dicere vero.'

Hic tertio ostendit, quod species non conferant sensibilibus sicut exemplaria. Et primo proponit intentum. Secundo probat, ibi, 'Nam quid opus est etc. Dicit ergo primo, quod dicere species esse exemplaria sensibilium et mathematicorum eo quod hujusmodi causas participent, est dupliciter inconveniens. Uno modo, quia vanum et nulla utilitas est hujusmodi exemplaria ponere, sicut ostendet. Alio modo quia est simile metaphoris quas poetae inducunt, quod ad philosophum non pertinet. Nam philosophus ex propriis docere debet. Ideo autem hoc dicit esse metaphoricum, quia Plato productionem rerum naturalium assimilavit factioni rerum artificialium, in quibus artifex ad aliquod exemplar respiciens, operatur aliquid simile suae arti.

Source: *Littera* (cf. Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 11 [D II, 139-140]).

[53] *In* I *Mela.,* 15 [C 233]
Sciendum autem quod illa ratio, etsi destruat exemplaria separata a Platone posita, non tamen removet divinam scientiam esse rerum omnium exemplarem.

[54] *In* I *Meta.,* 15 [C 235]
Deinde cum dicit 'amplius autem.'

Hic ponit tertiam rationem, quae talis est. Sicut se habet species ad individuum, ita se habet genus ad speciem. Si igitur species sunt exemplaria sensibilium individuorum, ut Plato ponit, ipsarum etiam specierum erunt aliqua exemplaria, scilicet genus specierum: quod est

inconveniens: quia tunc sequeretur quod idem, scilicet species, erit exemplum alterius, scilicet individui sensibilis, et imago ab alio exemplata, scilicet a genere; quod videtur esse inconveniens.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-10].

|55] *In* I *Meta.,* 15 [C 237]
Deinde cum dicit 'in Phaedone?

Hic ostendit quod non conferunt species sensibilibus ad eorum fieri, quamvis Plato dixerit 'in Phaedone,'1 idest in quodam suo libro, quod species sunt causae rebus sensibilibus essendi et fiendi. Sed hoc improbat duabus rationibus: quarum prima talis est. Posita causa ponitur effectus: sed existentibus speciebus non propter hoc fiunt entia particularia sive individua participantia species, nisi sit aliquid motivum quod moveat ad speciem. Quod ex hoc patet, quia species semper eodem modo sunt secundum Platonem.2 Si igitur eis positis essent vel fierent individua participantia eas, sequeretur quod semper essent hujusmodi individua, quod patet esse falsum: ergo non potest dici quod species sint causae fieri et esse rerum; et praecipue cum non poneret species causas esse motivas, ut supra dictum est. Sic enim a substantiis separatis immobilibus ponit Aristoteles procedere et fieri et esse inferiorum, inquantum illae substantiae sunt motivae caelestium corporum, quibus mediantibus causatur generatio et corruptio in istis inferioribus.

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-7].

156] *In* I *Meta.,* 15 [C 238]
Deinde cum dicit 'et multa?

Hic ponit secundam rationem, quae talis est. Sicut se habent artificialia ad causas artificiales, ita se habent naturalia ad causas naturales. Sed videmus quod multa alia a naturalibus, ut domus et annulus, fiunt in istis inferioribus, quorum Platonici species non ponebant: ergo 'et alias,' scilicet naturalia contingit esse et fieri propter tales causas proximas, quales contingit esse nunc dictas, scilicet artificiales; ut scilicet sicut res artificiales fiunt a proximis agentibus, ita et res naturales.

Source: *Littera.*

157] *In* I *Meta.,* 16 [C 239]
Hic improbat opinionem Platonis de speciebus inquantum ponebat eas esse numeros. Et circa hoc duo facit. Primo disputat contra ea quae posita sunt ab ipso de numeris. Secundo contra ea quae posita sunt ab ipso de aliis mathematicis, ibi, 'Volentes autem substantias etc? Circa primum ponit sex rationes: quarum prima talis est. Eorum quae sunt idem secundum substantiam, unum non est causa alterius : sed sensibilia secundum substantiam sunt numeri secundum Platonicos et Pythagoricos: si igitur species sunt etiam numeri, non poterunt species esse causae sensibilium.

Source: *Littera* (cf. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 22]).

| 58] *In* I *Meta.,* 16 [C 240]
Si autem dicatur quod alii numeri sunt species, et alii sunt sensibilia, sicut ad literam Plato ponebat: ut si dicamus quod hic numerus est homo, et ille alius numerus est Socrates et alius numerus est Callias,

istud adhuc non videtur sufficere: quia secundum hoc sensibilia et species conveniunt in ratione numeri: et eorum, quae sunt idem secundum rationem, unum non videtur esse causa alterius: ergo species non erunt causae horum sensibilium.

Source: *Littera.*

[59] *In* I *Meta.,* 16 [C 242]
Si autem dicatur quod haec sensibilia sunt quaedam 'rationes/ idest proportiones numerorum, et per hunc modum numeri sunt causae horum sensibilium, sicut videmus in 'symphoniis/ idest in musicis consonantiis, quia numeri dicuntur esse causae consonantiarum, inquantum proportiones numerales, quae applicantur sonis, consonantias reddunt: palam est quod oportebat praeter ipsos numeros in sensibilibus ponere aliquod unum secundum genus, cui applicantur proportiones numerales: ut scilicet eorum, quae sunt illius generis proportiones, sensibilia constituant; sicut praeter proportiones numerales in consonantiis inveniuntur soni. Si autem illud, cui applicatur illa proportio numeralis in sensibilibus est materia, manifestum est quod oportebat dicere, quod ipsi numeri separati qui sunt species, sint proportiones alicujus unius, scilicet ad aliquod aliud. Oportet enim dicere quod hic homo, qui est Callias vel Socrates, est similis homini ideali qui dicitur 'autosanthropos' idest per se homo. Si igitur Callias non est numerus tantum, sed magis est ratio quaedam vel proportio in numeris elementorum, scilicet ignis, terrae, aquae et aeris; et ipse homo idealis erit quaedam ratio vel proportio in numeris aliquorum; et non erit homo idealis numerus per suam substantiam. Ex quo sequitur, quod nullus numerus erit 'praeter ea/ id est praeter res numeratas. Si enim numerus specierum est maxime separatus, et ille non est separatus a rebus, sed est quaedam proportio rerum numeratarum, nunc nullus alius numerus erit separatus; quod est contra Platonicos.

Source: Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 37].

[60] *In* I *Meta.,* 16 [C 245]
Sed quia ad hanc rationem posset responderi ex parte Platonis, quod ex multis numeris non fit unus numerus, sed quilibet numerus immediate constituitur ex unitatibus, ideo consequenter cum dicit 'sed si nec' excludit etiam hanc responsionem. Si enim dicitur quod aliquis numerus major, ut millenarius, non constituatur 'ex eis/ scilicet ex duobus vel pluribus numeris minoribus, sed constituitur 'ex unis/ idest ex unitatibus, remanebit quaestio quomodo se habent unitates adinvicem, ex quibus numeri constituuntur? Aut enim oportet, quod omnes unitates sint conformes adinvicem, aut quod sint difformes adinvicem.

Source: *Littera.*

[61] *In* I *Meta.,* 16 [C 247]
Si vero non sint conformes, hoc potest esse dupliciter. Uno modo, quia unitates unius numeri sunt differentes ab unitatibus alterius numeri, sicut unitates binarii ab unitatibus ternarii; et tamen unitates unius et ejusdem numeri sibi invicem sunt conformes. Alio modo ut unitates ejusdem numeri non sibi invicem, nec unitatibus alterius numeri conformes existant. Hanc divisionem significat, cum dicit, 'Nec eaedem sibi invicem/ idest quae ad eumdem numerum pertinent, 'nec aliae

omnes etc.,' scilicet quae pertinent ad diversos numeros.— Quocumque autem modo ponatur difformitas inter unitates, videtur inconveniens. Nam omnis difformitas est per aliquam formam vel passionem; sicut videmus quod corpora difformia differunt calido et frigido, albo et nigro, et hujusmodi passionibus: unitates autem hujusmodi passionibus carent, cum sint impassibiles secundum Platonicos; ergo non poterit inter ea poni talis difformitas vel differentia, quae causatur ab aliqua passione. Et sic patet quod ea quae Plato ponit de speciebus et numeris, nec sunt 'rationabilia,' sicut illa quae per certam rationem probantur, nec sunt 'intelligentiae confessa,' sicut ea quae sunt per se nota, et solo intellectu certificantur, ut prima demonstrationis principia.

Source: *Littera.*

|62] *In* I *Meta.,* 16 [C 248]
Deinde cum dicit 'amplius autem'

Hic ponit tertiam rationem contra Platonem, quae talis est. Omnia mathematica, quae a Platone sunt dicta intermedia sensibilium et specierum,[1] sunt ex numeris, aut simpliciter, sicut ex propriis principiis, aut sicut ex primis. Et hoc ideo dicit, quia secundum unam viam videtur quod numeri sint immediata principia aliorum mathematicorum; nam unum dicebant constituere punctum, binarium lineam, ternarium superficiem, quaternarium corpus.[2] Secundum vero aliam viam videntur resolvi mathematica in numeros, sicut in prima principia et non in proxima. Nam corpora dicebant componi ex superficiebus, superficies ex lineis, lineas ex punctis, puncta autem ex imitatibus, quae constituunt numeros.[3] Utroque autem modo sequebatur numeros esse principia aliorum mathematicorum.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18].
2. Averroes, *In Meta.,* I, *com.* 37 [22F].
3. *Ibid.-,* Aristotle, *De Caelo,* HI, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11 ; 300a 1] ; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562. 21-566.16],

[63] *In* I *Meta.,* 16 [C 252]
Deinde cum dicit 'amplius autem'

Hic ponit sextam rationem, quae talis est. Si numeri sunt species et substantiae rerum, oportet, sicut praemissum est, dicere vel quod unitates sint differentes, aut convenientes. — Si autem differentes, sequitur quod unitas, inquantum unitas, non sit principium. Quod patet per similitudinem sumptam a naturalium positione. Naturales enim aliqui posuerunt quatuor corpora esse principia. Quamvis autem commune sit ipsis hoc quod est esse corpus, non tamen ponebant corpus commune esse principium, sed magis ignem, terram, aquam et aerem, quae sunt corpora differentia. Unde, si unitates sint differentes, quamvis omnes conveniant in ratione unitatis, non tamen erit dicendum, quod ipsa unitas inquantum hujusmodi sit principium; quod est contra positionem Platonicorum. Nam nunc ab eis dicitur, quod unum sit principium,[1] sicut primo de Naturalibus dicitur quod ignis aut aqua aut aliquod corpus similium partium principium sit. Sed si hoc est verum quod conclusum est contra positionem Platonicorum, scilicet quod unum inquantum unum non sit principium et substantia rerum, sequeretur quod numeri non sunt rerum substantia.[2] Numerus enim non

ponitur esse rerum substantia, nisi inquantum constituitur ex unitatibus, quae dicuntur esse rerum substantiae. Quod itcrum est contra positionem Platonicorum, quam nunc prosequitur, qua scilicet ponitur, quod numeri sint species.3

Source: \. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 22-25].
3. *Ibid.* [987b 22].

[64] *In* I *Meta.,* 16 [C 254]
'Volentes autem substantias.'

Hic disputat contra positionem Platonis quantum ad hoc quod posuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit ejus positionem. Secundo objicit contra ipsam, ibi, 'Attamen quomodo habebit etc.' Dicit ergo primo, quod Platonici volentes rerum substantias reducere ad prima principia, cum ipsas magnitudines dicerent esse substantias rerum sensibilium, lineam, superficiem et corpus, istorum principia assignantes, putabant se rerum principia invenisse.1 Assignando autem magnitudinum principia, dicebant 'longitudines,' idest lineas componi ex producto et brevi,2 eo quod principia rerum omnium ponebant esse contraria.3 Et quia linea est prima inter quantitates continuas, ei per prius attribuebant magnum et parvum, ut per hoc quod haec duo sunt principia lineae, sint etiam principia aliarum magnitudinum. Dicit autem 'ex aliquo parvo et magno,' quia parvum et magnum etiam in speciebus ponebantur, ut dictum est,4 sed secundum quod per situm determinatur et quodammodo particulariter ad genus magnitudinum, constituunt primo lineam, et deinde alias magnitudines. 'Planum autem,' idest superficiem eadem ratione dicebant componi ex lato et arcto, et corpus ex profundo et humili.5

Source: 1. Aristode, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1 ; 299a 6-11 ; 300a 1]; Simplicius, *InL. De Caelo,* III [CG VII, 562. 21 -566. 16].
2. *Littera.*
3. Averroes, *In Mela.,* I, *com.* 42 [32vKL].
4. Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 20-22].
5. *Ibid.* [987b 25-27],

[65] *In* I *Meta.,* 16 [C 257-258]
Deinde cum dicit 'amplius puncta'

Hic ponit secundam rationem, quae sumitur ex punctis; circa quam Plato videtur dupliciter deliquisse. Primo quidem, quia cum punctus sit terminus lineae, sicut linea superficiei, et superficies corporis; sicut posuit aliqua principia, ex quibus componuntur praedicta, ita debuit aliquid ponere ex quo existèrent puncta; quod videtur praetermisisse.1

Secundo, quia circa puncta videbatur diversimode sentire. Quandoque enim contendebat totam doctrinam geometricam de hoc genere existere, scilicet de punctis, inquantum scilicet puncta ponebat principia et substantiam omnium magnitudinum.2 Et hoc non solum implicite, sed edam explicite punctum vocabat principium lineae, sic ipsum definiens. Multoties vero dicebat, quod lineae indivisibiles essent principia linearum, et aliarum magnitudinum; et hoc genus esse, de quo sit geometria, scilicet lineae indivisibiles. Et tamen per hoc quod ponit ex lineis indivisibilibus componi omnes magnitudines, non evadit quin magnitudines componantur ex punctis, et quin puncta sint

principia magnitudinum. Linearum enim indivisibilium necessarium esse aliquos terminos, qui non possunt esse nisi puncta. Unde ex qua ratione ponitur linea indivisibilis principium magnitudinum, ex eadem ratione et punctum principium magnitudinis ponitur.[3]

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11; 300a 1]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21 - 566.16].
3. Averroes, *In Meta.,* I, *com.* 42 [23vM] and *littera.*

[66] *In* I *Meta..* 17 [C 259]

Hic improbat positionem Platonis quantum ad hoc, quod ponebat de rerum principiis. Et primo quantum ad hoc quod ponebat principia essendi; secundo quantum ad hoc quod ponebat principia cognoscendi, ibi, 'Quomodo autem aliquis etc.' Circa primum ponit sex rationes; quarum prima sumitur ex hoc, quod genera causarum praetermittebat. Unde dicit quod 'omnino sapientia,' scilicet philosophia habet inquirere causas 'de manifestis,' idest de his, quae sensui apparent. Ex hoc enim homines inceperunt philosophari, quod causas inquisiverunt, ut in prooemio dictum est. Platonici autem, quibus se connumerat, rerum principia praetermiserunt, quia nihil dixerunt de causa efficiente, quae est principium transmutationis. Causam vero formalem putaverunt se assignare ponentes ideas.[1] Sed, dum ipsi putaverunt se dicere substantiam eorum, scilicet sensibilium, dixerunt quasdam esse alias substantias separatas ab istis diversas. Modus autem, quo assignabant illa separata esse substantias horum sensibilium, 'est supervacuus,' idest efficaciam non habens nec veritatem. Dicebant enim quod species sunt substantiae eorum inquantum ab istis participantur. Sed hoc quod de participatione dicebant, nihil est, sicut ex supradictis patet.[2] Item species, quas ipsi ponebant, non tangunt causam finalem, quod tamen videmus in aliquibus scientiis, quae demonstrant per causam finalem, et propter quam causam omne agens per intellectum et agens per naturam operatur, ut secundo Physicorum ostensum est. Et sicut ponendo species non tangunt causam quae dicitur finis, ita nec causam quae dicitur principium, scilicet efficientem, quae fini quasi opponitur.[3] Sed Platonicis praetermittentibus hujusmodi causas facta sunt naturalia, ac si essent mathematica sine motu, dum principium et finem motus praetermittebant. Unde et dicebant quod mathematica debent tractari non solum propter seipsa, sed aliorum gratia, idest naturalium, inquantum passiones mathematicorum sensibilibus attribuebant.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [988a 8-11].
2. *Littera.*
3. *Littera* and Aristotle, *Meta.,* I, 7 [988b 6-16].

[67] *In* I *Mela.,* 17 [C 260]

Deinde cum dicit 'amplius autem'

Hic ponit secundam rationem, quae talis est. Illud, quod ponitur tamquam rei materia, magis est substantia rei et praedicabile de re, quam illud quod est separatum a re: sed species est separata a rebus sensibilibus:[1] ergo secundum Platonicorum opinionem magis aliquis suscipiet substantiam subjectam, ut materiam, esse substantiam mathematicorum quam speciem separatam. Magis etiam suscipiet eam praedi-

cari de re sensibili quam speciem praedictam. Platonici enim ponebant magnum et parvum esse differentiam substantiae et materiei. Haec enim duo principia ponebant ex parte materiae, sicut naturales ponentes rarum et densum esse primas differentias 'subjecti' idest materiae, per quas scilicet materia transmutabatur, dicentes eas quodammodo scilicet magnum et parvum.[2] Quod ex hoc patet, quia rarum et densum sunt quaedam superabundantia et defectio. Spissum enim est quod habet multum de materia sub eisdem dimensionibus. Rarum quod parum. Et tamen Platonici substantiam rerum sensibilium magis dicebant species quam mathematica, et magis praedicari.[3]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-7].
2. *Ibid.* [988a 6-17].
3. *Ibid.* [987b 7-10].

[68] *In* I *Meta.,* 17 [C 261]
Deinde cum dicit 'et de motu'

Hic ponit tertiam rationem, quae talis est. Si ea, quae sunt in sensibilibus, causantur a speciebus separatis, necessarium est dicere quod sit in speciebus idea motus, aut non. Si est ibi aliqua species et idea motus, etiam constat quod non potest esse motus sine eo quod movetur, necesse erit quod species moveantur; quod est contra Platonicorum opinionem, qui ponebant species immobiles. Si autem non sit idea motus, ea autem quae sunt in sensibilibus causantur ab ideis, non erit assignare causam, unde motus veniat ad ista sensibilia. Et sic aufertur tota perscrutatio scientiae naturalis, quae inquirit de rebus mobilibus.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-7].

[69] *In* I *Meta.,* 17 [C 262]
Deinde cum dicit 'et quod'

Hic ponit quartam rationem, quae talis est. Si unum esset substantia rerum omnium sicut Platonici posuerunt; oporteret dicere quod omnia sint unum, sicut et naturales, qui ponebant substantiam omnium esse aquam, et sic de elementis aliis. Sed facile est monstrare, quod omnia non sunt unum: ergo positio quae ponit substantiam omnium esse unum, est improbabilis.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 21-25].

[70] *In* I *Meta.,* 17 [C 263]
Si autem aliquis dicat quod ex positione Platonis non sequitur quod omnia sint unum simpliciter, sed aliquod unum, sicut dicimus aliqua esse unum secundum genus, vel secundum speciem; si quis velit dicere sic omnia esse unum, nec hoc etiam poterit sustineri, nisi hoc quod dico unum, sit genus, vel universale omnium. Per hunc enim modum possemus dicere omnia esse unum specialiter, sicut dicimus hominem et asinum esse animal substantialiter. Hoc autem quibusdam videtur impossibile, scilicet quod sit unum genus omnium; quia oporteret, quod differentia divisiva hujus generis non esset una, ut in tertio dicetur, ergo nullo modo potest poni quod substantia rerum omnium sit unum.

Source: *Littera.*

[71] *In* I *Meta.,* 17 [C 264]
Deinde cum dicit 'nullam namque'

I lie ponit quintam rationem, quae talis est. Plato ponebat post numeros, longitudines et latitudines et soliditates esse substantias rerum sensibilium, ex quibus scilicet corpora componerentur.1 Hoc autem secundum Platonis positionem nullam rationem habere videtur, quare debeant poni nec in praesenti, nec in futuro. Nec etiam videtur habere aliquam potestatem ad hoc quod sint sensibilium causae. Per 'praesentia' enim hic oportet intelligi immobilia, quia semper eodem modo se habent. Per 'futura' autem corruptibilia et generabilia, quae esse habent post non esse. Quod sic patet. Plato enim ponebat tria genera rerum; scilicet sensibilia, et species, et mathematica quae media sunt.2 Hujusmodi autem lineae et superficies, ex quibus componuntur corpora sensibilia, non est possibile esse species, quia species sunt numeri essentialiter. Hujusmodi autem sunt post numeros. Nec iterum potest dici quod sunt intermedia inter species et sensibilia. Hujusmodi enim sunt entia mathematica, et a sensibilibus separata: quod non potest dici de illis lineis et superficiebus ex quibus corpora sensibilia componuntur. Nec iterum possunt esse sensibilia. Nam sensibilia sunt corruptibilia; hujusmodi autem incorruptibilia sunt, ut infra probabitur in tertio. Ergo vel ista nihil sunt, vel sunt quartum aliquod genus entium, quod Plato praetermisit.

Source: *l. Littera* and Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11 ; 300a 1]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21 - 566.61],
2. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 14-18].

[72] *In* I *Meta.,* 17 [C 265-266]
Deinde cum dicit 'et omnino'

Hic ponit sextam rationem, quae talis est. Impossibile est invenire principia alicujus multipliciter dicti, nisi multiplicitas dividatur. Ea enim quae solo nomine convenientia sunt et differunt ratione, non possunt habere principia communia, quia sic haberent rationem eamdem, cum rei cujuscumque ratio ex suis principiis sumatur. Distincta autem principia his, quibus solum nomen commune est, assignari impossibile est, nisi his quorum principia sunt assignanda adinvicem diversis. Cum igitur ens multipliciter dicatur et non univoce de substantia et aliis generibus, inconvenienter assignat Plato principia existentium, non dividendo abinvicem entia.

Sed quia aliquis posset aliquibus ratione differentibus, quibus nomen commune est, principia assignare, singulis propria principia coaptando, sine hoc quod nominis communis multiplicitatem distingueret, hoc etiam Platonici non fecerunt. Unde 'et aliter,' idest alia ratione inconvenienter rerum principia assignaverunt quaerentes ex quibus elementis sunt entia, secundum hunc modum, quo quaesierunt, ut scilicet non omnibus entibus sufficientia principia assignarent. Non enim ex eorum dictis est accipere ex quibus principiis est agere aut pati, aut curvum aut rectum, aut alia hujusmodi accidentia. Assignabant enim solum principia substantiarum, accidentia praetermittentes.

Source: *Littera.*

173] *In* I *Meta.,* 17 [C 267]
Sed si aliquis defendendo Platonem dicere vellet, quod tunc contingit

omnium entium elementa esse acquisita aut inventa, quando contingit •solarum substantiarum principia habita esse vel inventa, hoc opinari non est verum. Nam licet principia substantiarum etiam quodammodo sint principia accidentium, tamen accidentia propria principia habent. Nec sunt omnibus modis omnium generum eadem principia, ut ostendetur infra, undecimo vel duodecimo hujus.

[74] *In* I *Meta.,* 17 [C 268]
Deinde cum dicit 'quomodo autem'

Disputat contra Platonem quantum ad hoc, quod ponebat ideas esse principia scientiae in nobis. Et ponit quatuor rationes: quarum prima est. Si ex ipsis ideis scientia in nobis causatur, non continget addiscere rerum principia. Constat autem quod addiscimus. Ergo ex ipsis ideis scientia non causatur in nobis. — Quod autem non contingeret aliquid addiscere, sic probat. Nullus enim praecognoscit illud quod addiscere debet; sicut geometra, etsi praecognoscat alia quae sunt necessaria ad demonstrandum, tamen ea quae debet addiscere non debet praecognoscere. Et similiter est in aliis scientiis. Sed si ideae sunt causa scientiae in nobis, oportet quod omnium scientiam habeant, quia ideae sunt rationes omnium scibilium; ergo non possumus aliquid addiscere, nisi aliquis dicatur addiscere illud quid prius praecognovit. Unde si ponatur quod aliquis addiscat, oportet quod non praeexistat cognoscens illa quae addiscit, sed quaedam alia cum quibus fiat disciplinatus, idest addiscens praecognita 'omnia,' idest universalia 'aut quaedam,' idest singularia. Universalia quidem, sicut in his quae addiscuntur per demonstrationem et definitionem; nam oportet sicut in demonstrationibus, ita in definitionibus esse praecognita ea, ex quibus definitiones fiunt, quae sunt universalia; singularia vero oportet esse praecognita in his quae discuntur per inductionem.

Source: *Littera.*

[75] *In* I *Meta.,* 17 [C 269]
Deinde cum dicit 'sed si est'

Hic ponit secundam rationem, quae talis est. Si ideae sunt causa scientiae, oportet nostram scientiam esse nobis connaturalem. Sensibilia enim per haec naturam propriam adipiscuntur, quia ideas participant secundum Platonicos. Sed potissima disciplina sive cognitio est illa quae est nobis connaturalis, nec ejus possumus oblivisci, sicut patet in cognitione primorum principiorum demonstrationis, quae nullus ignorat; ergo nullo modo possumus omnium scientiam ab ideis in nobis causatam oblivisci. Quod est contra Platonicos, qui dicebant quod anima ex unione ad corpus obliviscitur scientiae, quam naturaliter in omnibus habet;[1] et postea per disciplinam addiscit homo illud quod est prius notum, quasi addiscere nihil sit nisi reminisci.[2]

Source: 1. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* III, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781].
2. Aristotle, *Post. Anal., I,* 1 [71a 29-30]; St. Augustine, *De Trim,* 15 [PL 42, 1011]; Albertus Magnus, *Meta.,* I, 5, 15 [B 112],

[76] *In* II *Meta.,* 4 [C 329]
Est autem hic advertendum quod hic ponit nihil esse de ratione infiniti,

non quod privatio sit de ratione materiae, sicut Plato posuit non distinguens privationem a materia; sed quia privatio est de ratione infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, nisi secundum quod est sub ratione privationis, ut patet in tertio Physicorum.

Source: Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].

[77] *In* III *Meta.,* 2 [C 350]
Deinde cum dicit 'et hoc idem'

Multiplicat quaestiones tíx parte substantiae; et ponit duas quaestiones: quarum prima est, utrum dicendum sit, quod sint solum substantiae sensibiles, ut antiqui naturales posuerunt, vel etiam praeter substantias sensibiles sint aliae substantiae immateriales et intelligibiles, ut posuit Plato.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 1-18].

178] *In* III *Meta.,* 3 [C 355]
Invenimus autem duplicem modum compositionis et divisionis: unum scilicet secundum rationem, prout species resolvuntur in genera.1 Et secundum hoc videntur genera esse principia et elementa, ut Plato posuit.2 Alio modo secundum naturam sicut corpora naturalia componuntur ex igne et aere et aqua et terra, et in haec resolvuntur. Et propter hoc naturales posuerunt esse prima principia elementa.

Source: 1. For this distinction as between Plato and the *Naturales,* see Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 31-33]; '...et specierum introductio propter earn quae in rationibus perscrutationem evenit. Priores enim non participaverunt dialectica.' and *In De Gen. et Cor.* [4],
2. See *Source* under *In Meta.* [148].

[79] *In* III *Meta.,* 3 [C 356]
Secunda quaestio est, supposito quod genera sint principia rerum, utrum principia sint universalia dicta de individuis, scilicet species specialissimae, quas genera appellat secundum Platonicorum consuetudinem, quia continent sub se plura individua, sicut genera plures species;...

Source: I have been unable to find any explicit source for this statement. However, *genera* is so used in two texts of Boethius in which he refers to Plato: 'Decem quidem generalissima [re. genera] sunt, specialissima [sc. genera] vero in numero ... individua autem quae post specialissima [sc. genera] ... qua propter usque ad specialissima [sc. genera] a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere....' *{In Isag., ed. sec.,* Ill, 8 [CSEL 48, 225. 10-14]). '... Plato censuit esse diuidenda usque dum ad specialissima [sc. genera] veniretur.' *{Ibid.* [227.20 - 228.1]).

[80] *In* III *Meta.,* 3 [C 358]
Secunda quaestio est, supposito quod aliquid praeter materiam sit causa, utrum illud sit separabile a materia, sicut posuit Plato, aut sicut posuit Pythagoras.

Source: No reference to Plato in the *littera.* See Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-20],

[81] *In* III *Meta.,* 3 [C 359]

Tertia quaestio est, si est aliquid separabile a materia, utrum sit unum tantum, sicut posuit Anaxagoras, aut plura numero sicut posuit Plato et ipse Aristoteles.

Source: No reference to Plato in the *littera.* See Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-20].

[82] *In* III *Meta.,* 3 [C 360]

Ad cujus intellectum considerandum est quod Plato posuit hominem et equum et ea quae sic praedicantur, esse quasdam formas separatas. Per hoc autem homo praedicatur de Socrate vel Platone, quod materia sensibilis participat formam separatam. Socrates ergo vel Plato dicitur synolon vel simul totum, quia constituitur per hoc quod materia participat formam separatam. Et est quasi quoddam praedicatum de materia....

Source: No reference to Plato in the *littera.* See Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 8-13],

[83] *In* III *Meta.,* 3 [C 361]

Et quia quidam philosophorum assignabant causas formales, sicut Platonici, quidam autem solas materiales, sicut antiqui naturales, addit quod ista quaestio habet locum 'in rationibus,' idest in causis formalibus, 'et in subjecto,' idest in causis materialibus.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 5 [987a 7-17].

[84] *In* III *Meta.,* 3 [C 363]

Tertia quaestio est, utrum unum et ens significent ipsam substantiam rerum et non aliquid aliud additum supra substantiam rerum, sicut dicebant Pythagorici et Platonici,[1] vel non significent ipsam substantiam rerum, sed sit aliquid aliud subjectum unitati et entitati, scilicet ignis aut aer, aut aliquid aliud hujusmodi, ut antiqui naturales posuerunt. Hanc autem quaestionem dicit esse difficillimam et maxime dubitabilem, quia ex ista quaestione dependet tota opinio Platonis et Pythagorae, qui ponebant numeros esse substantiam rerum.[2]

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].

[85] *In* III *Meta.,* 3 [C 365]

Quaerit utrum principia sint secundum potentiam vel secundum actum. Et haec quaestio maxime videtur pertinere ad principia materialia. Potest enim esse dubitatio, utrum primum materiale principium sit aliquod corpus in actu, ut ignis aut aer, ut antiqui naturales posuerunt, aut aliquid existens in potentia tantum, ut Plato posuit.[1] Et quia motus est actus existentis in potentia, et est quodammodo medium inter potentiam et actum, ideo adjungit aliam quaestionem, utrum principia sint causae rerum solum secundum motum, sicut naturales posuerunt sola principia motus, vel materialia, vel efficientia: vel etiam sint principia aliter quam per motum, sicut Plato posuit per quamdam participationem hujus sensibilia ab immaterialibus causari.[2]

Source: 1. See *Source* under *In Meta.* [28].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-14], See *Source* 1 and 2 under *S. T.* [56].

[86] /«111 *Meta.,* 3 [C 366]
Movet quaestiones pertinentes ad mathematica, quae quidem principia rerum ponuntur: et movet duas quaestiones. Quarum prima est, utrum numeri et longitudines et figurae et puncta sint quaedam substantiae, ut Pythagorici vel Platonici posuerunt; vel non, sicut posuerunt naturales.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18]; *DeCaelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11; 300a 1]; *De G. et C.,* I, 2 [315b 24 - 316a 4]; *Phy.,* IV, 2 [209b 6-13].

[87] *In* III *Meta.,* 3 [C 367]
Secunda quaestio est, si sunt substantiae, utrum sint separatae a sensibilibus, ut posuerunt Platonici, aut in sensibilibus, ut Pythagorici.

Source: *Littera',* Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18],

[88] *In* III *Meta.,* 4 [C 373]
Ponuntur autem quaedam entia immobilia, et praecipue secundum Platonicos ponentes numeros et substantias separatas....

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18],

[89] *In* III *Meta.,* 4 [C 374]
Et quia quae sunt per se existentia absque materia,1 necesse est quod sint immobilia, ideo non videtur esse possibile, quod sit aliquid 'autoagathon,' idest per se bonum, ut Plato ponebat.2 Omnia enim immaterialia et non participata vocabat per se existentia, sicut ideam hominis vocabat hominem per se, quasi non participatum in materia.3 Unde et per se bonum dicebat id quod est sua bonitas non participata, scilicet primum principium omnium.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Littera.* Cf. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1095a 26-28; 1096b 32-34],
3. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].

[90] *In* III *Meta.,* 4 [C 385]
Sicut si ponantur esse substantiae intelligentes non moventes, ut Platonici posuerunt, nihilominus tamen inquantum habent intellectum et voluntatem oportet ponere in eis finem et bonum, quod est objectum voluntatis.

Source: *Liber De Causis,* 24-26 [B 185-187].

[91] *In* III *Meta.,* 7 [C 463]
Circa primum movet duas quaestiones: quarum prima est, utrum in universitate rerum solae substantiae sensibiles inveniantur, sicut aliqui antiqui naturales dixerunt, aut etiam inveniantur quaedam aliae substantiae praeter sensibiles, sicut posuerunt Platonici.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

192] *In* III *Meta.,* 7 [C 406]
Deinde cum dicit 'quomodo ergo.'

Ostendit quomodo ad unam partem argumentari possit; et dicit quod hoc dictum est 'in primis sermonibus,' idest in primo libro, quomodo species ponantur causae rerum sensibilium, et substantiae quaedam per se subsistentes. Unde ex his quae ibi dicta sunt in recitatione

opinionis Platonis, accipi possunt rationes ad partem affirmativam.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 18-19]; 9 [991b 3-4].

[93] *In* III *Meta.,* 8 [C 429]
Tertiam rationem ponit ibi 'videntur autem'

Et sumitur ex auctoritate Platonicorum, qui posuerunt unum et ens esse principia, et magnum et parvum, quibus utuntur ut generibus: ergo genera sunt principia.

Source: *Littera:* 'Videntur autem quidam dicentium elementa existentium unum aut ens, aut magnum, aut parvum, ut generibus eis uti' [998b 10-11].

[94] *In* III *Meta.,* 8 [C 436]
Deinde cum dicit 'at vero'

Ostendit, quod species specialissimae sunt magis principia quam genera; et ponit tres rationes, quarum prima talis est. Unum secundum Platonicos maxime videtur habere 'speciem,' idest rationem principii.

Source: St. Thomas' interpretation seems to be independent of both the Aristotelian *littera* and the commentary of Averroes (in neither of which is there any reference to Plato). The comment turns on the Platonic concept of *unum;* see *Source* 2 under *S. T.* [5].

[95] *In* III *Mela.,* 8 [C 437]
Deinde cum dicit 'amplius in quibus'

Secundam rationem ponit, quae procedit ex quadam positione Platonis; qui quando aliquid unum de pluribus praedicatur, non secundum prius et posterius, posuit illud unum separatum, sicut hominem praeter omnes homines.1 Quando vero aliquid praedicatur de pluribus secundum prius et posterius, non ponebat illud separatum. Et hoc est quod dicit quod 'in quibus prius et posterius est,' scilicet quando unum eorum de quibus aliquod commune praedicatur est altero prius, non est possibile in his aliquid esse separatum, praeter haec multa de quibus praedicatur. Sicut si numeri se habent secundum ordinem, ita quod dualitas est prima species numerorum, non invenitur idea numeri praeter omnes species numerorum. Eadem ratione non invenitur figura separata, praeter omnes species figurarum.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Littera.*

[96] *In* III *Meta.,* 8 [C 438]
Et hujus ratio esse potest, quia ideo aliquod commune ponitur separatum, ut sit quoddam primum quod omnia alia participent. Si igitur unum de multis sit primum, quod omnia alia participent, non oportet ponere aliquod separatum, quod omnia participant. Sed talia videntur omnia genera; quia omnes species generum inveniuntur differre secundum perfectius et minus perfectum. Et, per consequens, secundum prius et posterius secundum naturam. Si igitur eorum quorum unum est prius altero, non est accipere aliquod commune separatum, si genus species inveniatur, erunt 'schola aliorum,' idest erit eorum alia doctrina et regula, et non salvabitur in eis praedicta regula. Sed manifestum est quod inter individua unius speciei, non est unum pri-

mum et aliud posterius secundum naturam, sed solum tempore. Et ita species secundum scholam Platonis est aliquid separatum. Cum igitur communia sint principia inquantum sunt separata, sequitur quod sit magis principium species quam genus.

Source: *Littera.*

[97] *In* III *Meta.,* 9 [C 443]
Nam Platonici posuerunt universalia esse separata, aliis philosophis contra ponentibus.
Source: Aristotle, *Meta.,* í, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 24-33],

[98] *In* III *Meta.,* 9 [C 447]
...nec etiam secundum opinionem Platonicorum, qui ponebant etiam in mathematicis separatis esse quaedam particularia, ponendo plura ex eis in una specie.1... Ponebat enim Plato quod sensibilis materia participabat universalia separata. Et ex hoc erat quod universalia praedicantur de singularibus. Et ipsae participationes universalium formarum in materialibus sensibilibus constituuntsimul totum, quasi universalis forma per modum participationis cujusdam sit de materia praedicta.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18],
2. *Ibid.* [987b 7-10; 991b 1-3],

[99] *In* III *Meta.,* 11 [C 466]
Dicit ergo primo, quod quaedam dubitatio est, quae non minus relinquitur modernis philosophis Platonem sequentibus, quam fuit apud antiquos philosophos, qui etiam dubitaverunt, utrum corruptibilium et incorruptibilium sint eadem principia vel diversa.

Source: St. Thomas, working within the Aristotelian outline of the history of philosophy, naturally identifies the 'moderni' of the *littera* as *Platonici.*

1100] *In* III *Meta.,* 11 [C 468; 471]
Circa primum considerandum est, quod apud graecos, aut naturales philosophos, fuerunt quidam sapientiae studentes, qui deis se intromiserunt occultantes veritatem divinorum sub quodam tegmine fabularum, sicut Orpheus, Hesiodus et quidam alii: sicut etiam Plato occultavit veritatem philosophiae sub mathematicis, ut dicit Simplicius in commento Praedicamentorum.1

Ex quo accipitur quod Aristoteles disputans contra Platonem et alios hujusmodi, qui tradiderunt suam doctrinam occultantes sub quibusdam aliis rebus, non disputat secundum veritatem occultam, sed secundum ea quae exterius proponuntur.2

Source: 1. Simplicius, *In Cat., Prooem.* [CG VIII, 6.21-32].
2. Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 587.37-588.7; 640. 27-31].

|1()1 | Zn III *Meta.,* 11 [C 474]
... Videtur autem hos deos vocare vel stellas, quas ponebat quandoque corrumpi, licet post longum tempus: vel daemones quos ponebant Platonici esse animalia aerea.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[102] /n Ill *Meta.,* 12 [C '189]
Deinde cum dicit 'hi namque'

Ponit opiniones ad utramque partem: et dicit, quod philosophorum quidam opinati sunt naturam rerum se habere uno modo, quidam alio. Plato enim et Pythagorici non posuerunt quod unum et ens advenirent alicui naturae, sed unum et ens essent natura rerum, quasi hoc ipsum quod est esse et unitas sit substantia rerum.

Source: *Littera:* cf. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].

[103] *In* III *Meta.,* 12 [C 490]
Deinde cum dicit 'accidit autem'

Ponit rationes ad utramque partem. Et primo ponit rationes pro opinione Platonis et Pythagorae. Secundo ponit rationes in contrarium pro opinione naturalium, ibi, 'At vero si erit etc.' Circa primum utitur tali divisione. Necesse est ponere quod vel ipsum unum et ens separatum sit quaedam substantia, vel non: si dicatur quod non est aliqua substantia quae sit unum et ens, sequuntur duo inconvenientia. Quorum primum est, quod dicitur unum et ens quod sint maxime universalia inter omnia. Si igitur unum et ens non sunt separata quasi ipsum unum aut ens sit substantia quaedam, sic sequitur quod nullum universale sit separatum: et ita sequetur quod nihil erit in rebus nisi singularia: quod videtur esse inconveniens, ut in superioribus quaestionibus habitum est.

Source: *Littera* [1000la 9-12; 19-24].

[104] *In* III *Meta.,* 12 [C 494-495]
Ostendit quomodo ista ratio difficultatem facit in opinione Platonis ponentis numerum esse substantiam rerum:...

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].

[105] *In* III *Meta.,* 12 [C 499]
Deinde cum dicit 'sed quomodo'

Ostendit difficultatem, quae adhuc remanet Platonicis post praedictam solutionem. Et inducit duas difficultates. Quarum prima est, quia Platonici ponebant, quod illud unum indivisibile, non solum est causa numeri, qui est pluralitas quaedam, sed etiam est causa magnitudinis.[1] Si igitur detur, quod unum additum faciat plus, quod videtur sufficere ad hoc quod unum sit causa numeri, quomodo poterit esse quod ex tali uno indivisibili, aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, ut Platonici posuerunt?[2] Simile enim hoc videtur, si aliquis ponat lineam ex punctis. Nam unitas est indivisibilis sicut et punctus.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* II, 4 [1001b 13-19].
2. *Littera.*

[106] *In* III *Meta.,* 12 [C 500]
Et dicit: si quis existimet ita, quod numerus sit effectus ex uno indivisibili, et ex aliquo alio quod non sit unum, sed participet unum sicut quaedam materialis natura, ut quidam dicunt; nihilominus remanet quaerendum propter quid, et per quem modum illud, quod fit ex illo uno formali et alia natura materiali, quae dicitur non unum, quandoque est numerus, quandoque autem est magnitudo. Et praecipue si illud

non unum malcríale sit inaequalitas, quae significatur per magnum, ct sit eadem natura. Non enim est manifestum quomodo ex hac inaequalitate quasi materia et uno formali fiant numeri; neque etiam quomodo ex aliquo numero formali et hac inaequalitate quasi materiali fiant magnitudines. Ponebant enim Platonici quod ex primo uno et ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo numero et a qua inaequalitate materiali fiebat magnitudo.

Source: *Littera,* but see also Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 33 - 988a 1]; 9 [991b 27 - 992a 24].

[107] *In* III *Meta.,* 12 [C 501]
Quod enim sit aliquod separatum, quod sit ipsum unum et ens, infra in duodecimo probabit, ostendens unitatem primi principii omnino separati, quod tamen non est substantia omnium eorum quae sunt unum, sicut Platonici putabant,1 sed est omnibus unitatis causa et principium.... Sed quia Platonici aestimaverunt idem esse unum quod est principium numeri, et quod convertitur cum ente; ideo posuerunt unum, quod est principium numeri, esse substantiam cujuslibet rei, et per consequens numerum, inquantum ex pluribus substantialibus principiis, rerum compositarum substantia consistit vel constat.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 22-24],
2. See *Source* 2 under *S.T.* [5].

1108] *In* III *Meta.,* 13 [C 506]
Alii vero posteriores philosophi, qui reputabantur sapientiores praedictis philosophis, quasi altius attingentes ad principia rerum, scilicet Pythagorici et Platonici, opinati sunt numeros esse rerum substantias,1 inquantum scilicet numeri componuntur ex unitatibus. Unum autem videtur esse una substantia rerum.2

Source: \. *Littera;* Aristotle, *Mela.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].
2. See *In Mela.* [107],

|109] *In* III *Meta.,* 14 [C 516-517]
Objicit ad unam partem : ct videtur haec esse ratio quare oportet species ponere praeter sensibilia et mathematica: quia mathematica ‘a praesentibus’ idest a sensibilibus, quae in universo sunt, differunt quidem in aliquo, quia mathematica abstrahunt a materia sensibili; non tamen differunt in hoc, sed magis conveniunt, quia sicut in sensibilibus inveniuntur plura numero differentia ejusdem speciei, utpote plures homines, aut plures equi, ita etiam in mathematicis inveniuntur plura numero differentia ejusdem speciei, puta plures trianguli aequilateri, et plures lineae aequales. Et si ita est, sequitur quod sicut principia sensibilium non sunt determinata secundum numerum, sed secundum speciem, ita etiam sit ‘in mediis’ in mathematicis.1...

Et hoc est quod Platonici volunt dicere, quod sequitur ex necessitate ad positiones eorum quod sit in singularium substantia species aliquid unum, cui non conveniat aliquid secundum accidens. Homini enim individuo convenit aliquid secundum accidens, scilicet album vel nigrum; sed homini separato, qui est species secundum Platonicos, nihil convenit per accidens, sed solum quod pertinet ad rationem speciei.

Et quamvis hoc dicerc intendant, non tamen bene 'dcarticulant,* idem non bene distinguunt.*

Source: 1. *Littera-,* Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18].
2. *Littera-,* see also *In Mela.* [8] ; [9].

[110] *In* III *Meta.,* 15 [C 519]
Platonici autem ponentes species quasi principia formalia, ponebant eas esse in actu.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [988a 10-11].

[111] *In* IV *Mela.,* 4 [C 584]
Et propter hoc, si etiam unum et ens non est unum universale quasi genus existens, sicut supra ponebatur, sive dicamus quod universale sit unum in omnibus secundum opinionem nostram, sive quod sit aliquid separatum a rebus secundum opinionem Platonis, sicut fortassis non est verum: tamen dicuntur secundum prius et posterius: sicut et aliae significationes referuntur ad unum primum, et aliae se habent consequenter respectu illius primi. Utitur tamen adverbio dubitandi, quasi nunc supponens quae inferius probabuntur.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].

[112] *In* IV *Meta.,* 4 [C 585]
Unde nec Plato circa sensibiles substantias immobiles posuit contrarietatem. Fecit enim unitatem ex parte formae, contrarietatem ex parte materiae.

Source: Aristotle, *Mela.,* 1, 6 [987b 18 - 988a 7].

[113] *In* IV *Mela.,* 10 [C 668]
Et haec solutio videtur procedere secundum Platonicos, qui propter mutabilitatem sensibilium coacti sunt ponere ideas immobiles, scilicet de quibus dentur definitiones, et fiant demonstrationes, et certa scientia habeatur; quasi de his sensibilibus propter eorum mutabilitatem et admixtionem contrarietatis in eis certa scientia esse non possit.

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-10].

[114] *In V Meta.,* 2 [C 764]
Alio autem modo dicitur causa, species et exemplum, id est exemplar; et haec est causa formalis, quae comparatur dupliciter ad rem. Uno modo sicut forma intrinseca rei; et haec dicitur species. Alio modo sicut extrínseca a re, ad cujus tamen similitudinem res fieri dicitur; et secundum hoc, exemplar rei dicitur forma. Per quem modum ponebat Plato ideas esse formas.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 20 - b 1].

[115] *In V Meta.,* 10 [C 898]
Vel daemonia dicit quaedam animalia rationabilia secundum Platonicos, quae Apulejus sic definit: Daemones sunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiva, tempore aeterna.

Source: St. Thomas offers two explanations of the 'daemonia' in the *littera* [1017b 12]. The first interprets *daemonia* as 'idols'; the second uses Apuleius' definition as reported by St. Augustine *(De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A]).

1116] *In* V *Meta.,* 10 [C 900-901]

Deinde cum dicit 'amplius quaccumquc*

Ponit tertium modum, secundum opinionem Platonicorum et Pythagoricorum, dicens, quod quaecumque particulae sunt in praedictis substantiis, quae sunt termini earum, et significant hoc aliquid secundum opinionem eorum, in quibus destructis destruitur totum, dicuntur etiam substantiae. Sicut superficie destructa destruitur corpus, ut quidam dicunt, et destructa linea destruitur superficies. Patet etiam, quod superficies est terminus corporis, et linea terminus superficiei. Et secundum dictorum positionem, linea est pars superficiei, et superficies pars corporis. Ponebant enim corpora componi ex superficiebus et superficies ex lineis, et lineas ex punctis.1 Unde sequebatur, quod punctum sit substantia lineae, et linea superficiei, et sic de aliis. Numerus autem secundum hanc positionem videtur esse substantia totaliter omnium rerum,2 quia remoto numero nihil remanet in rebus: quod enim non est unum, nihil est. Et similiter quae non sunt plura, non sunt. Numerus etiam invenitur terminare omnia, eo quod omnia mensurantur per numerum.

Iste autem modus non est verus. Nam hoc quod communiter invenitur in omnibus, et sine quo res esse non potest, non oportet quod sit substantia rei, sed potest esse aliqua proprietas consequens rei substantiam vel principium substantiae. Provenit etiam eis error specialiter quantum ad unum et numerum, eo quod non distinguebant inter unum quod convertitur cum ente, et unum quod est principium numeri.3

Source: 1. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21-566.16].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-18; 987b 22-25],
3. See *Source* 2 under *S.T.* [5].

1117] *In* V *Meta.,* 13 [C 950]

Deinde cum dicit 'alia vero'

Ponit modos, quibus dicitur aliquid prius secundum ordinem in essendo: et circa hoc duo facit. Primo ponit tres modos, quibus dicitur aliquid esse prius in essendo. Secundo reducit eos ad unum, ibi, 'modo itaque quodam.' Dicit ergo primo, quod quaedam dicuntur esse priora, 'secundum naturam et substantiam,' idest secundum naturalem ordinem in essendo. Et hoc tripliciter. Primo ratione communitatis aut dependentiae: secundum quod priora dicuntur, quae possunt esse sine aliis et illa non possunt esse sine eis. Et hoc est prius a quo non convertitur essendi consequentia, ut dicitur in praedicamentis. Et 'hac divisione,' idest isto modo prioris et posterioris contra alios diviso usus est Plato.1 Voluit enim quod propter hoc universalia essent priora in essendo quam singularia,2 et superficies quam corpora, et lineae quam superficies,3 et numerus quam omnia alia.4

Source: \. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18] and see *Source* under *S.T.* [56].
3. See *Source* 1 under *In Meta.* [116].
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 24]. [Averroes (Zn *Meta.,* V, *com.* 16 [121 A]) has the same description of this 'division' but not the Platonic examples.]

[118] *In* V *Mela.,* 16 [C 997]
Sunt autem hujusmodi qualitates differentiae substantiarum 'aut non motarum, aut non inquantum sunt motae': et hoc dicit, ut ostendat quantum ad propositum non differre, utrum mathematica sint quaedam substantiae per se existentes secundum esse,1 ut dicebat Plato, a motu separatae;2 sive sint in substantiis mobilibus secundum esse, sed separatae secundum rationem.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18].
2. *Ibid.-,* cf. Aristotle, *Phy.,* II, 2 [193b 32 - 194a 1],

[119] *In* V *Meta.,* 19 [C 1050]
Circa primum ponit quatuor modos ejus quod dicitur secundum quod: quorum primus est, prout 'species,' idest forma, et 'substantia rei,' idest essentia, est id, secundum quod aliquid esse dicitur; sicut secundum Platonicos, 'per se bonum,' idest idea boni, est illud, secundum quod aliquid bonum dicitur.

Source: *Littera* [1022a 14-16]. Cf. Aristotle, *Eth.,* I, 4; 6 [1095a 26-28; 1096b 32-34],

[120] *In* V *Mela.,* 21 [C 1100]
Vel animalia quaedam aerea, quae Platonici dicebant esse daemones, et pro diis colebantur a gentibus.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[121] *In* V *Meta.,* 22 [C 1137]
... rationabiliter refutatur et reprobatur in Hippia, qui est liber quidam Platonis, oratio quaedam, quae dicebat, eamdem rationem esse veram et falsam. Haec enim opinio accipiebat illum hominem esse falsum qui potest mentiri; et sic, cum idem homo possit mentiri et verum dicere, idem homo esset verus et falsus.

Source: The *Hippias* is referred to in the *littera,* but I have been unable to discover how St. Thomas knew it was a work of Plato.

[122] *In* VI *Meta.,* 1 [C 1160]
Sed utrum illa de quibus considerat mathematica scientia, sint mobilia et separabilia a materia secundum suum esse, adhuc non est manifestum. Quidam enim posuerunt numeros et magnitudines et alia mathematica esse separata et media inter species et sensibilia, scilicet Platonici, ut in primo et tertio libro habitum est;....

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18]; III, 1 [996a 12-15],

[123] *In* VI *Meta.,* 2 [C 1177]
Quod autem ens per accidens sit quasi solo nomine ens, probat dupliciter. Primo per auctoritatem Platonis. Secundo per rationem. Secunda ibi, 'Palam autem etc.' Dicit ergo, quod propter hoc quod ens per accidens quodammodo est ens solo nomine, ideo Plato quodammodo non male fecit cum ordinando diversas scientias circa diversa substantia, ordinavit scientiam sophisticam circa non ens. Rationes enim sophisticorum maxime sunt circa accidens. Secundum enim fallaciam accidentia fiunt maxime latentes paralogism!.

Source: *Littera* [1026b 14-16].

1124] *In* VII *Meta.,* 1 [C 1264-1267]

Sed utrum hae sensibiles substantiae sint solum substantiae secundum quod ponebant antiqui naturales, vel etiam sint aliquae aliae substantiae ab istis, sicut ponebant Platonici,[1] vel etiam istae non sint substantiae, sed solum sint aliae substantiae ab istis, perscrutandum est.

Secundo ibi 'videntur quibusdam'

Recitat opiniones philosophorum de substantiis non manifestis, dicens, quod quibusdam videtur, quod termini corporis sint rerum substantiae, ut scilicet superficies, et linea et punctus et unitas sint magis substantiae quam corpus et solidum. Et haec opinio dividitur: quia quidam nihil talium terminorum opinabantur esse separata a sensibilibus, scilicet Pythagorici. Alii vero ponebant quaedam entia sempiterna a sensibilibus separata, quae sunt plura et magis entia quam sensibilia: magis inquam entia, quia ista sunt incorruptibilia et immobilia, haec autem corruptibilia et mobilia; plura vero, quia sensibilia sunt unius ordinis tantum, separata vero duorum: sicut 'Plato posuit duas substantias separatas,' idest duos ordines substantiarum separatarum, scilicet species vel ideas, et mathematica. Et tertium ordinem posuit substantias corporum sensibilium.[2]

Sed Leucippus,[3] qui successor fuit Platonis, et ex sorore nepos, posuit plures ordines substantiarum, et in unoquoque etiam inchoavit ab uno, quod ponebat esse principium in quolibet ordine substantiarum. Sed aliud quidem unum ponebat esse principium numerorum, quos ponebat esse primas substantias post species; aliud autem magnitudinum, quas ponebat esse secundas substantias; et demum ponebat substantiam animae; et hoc modo protendebat ordinem substantiarum usque ad corruptibilia corpora.

Sed quidam differebant a Platone et Leucippo, quia non distinguebant inter species, et primum ordinem mathematicorum, qui est numerorum. Dicebant enim species et numeros habere eamdem naturam, et omnia 'alia esse habita,' idest consequenter se habentia ad numeros, scilicet lineas et superficies usque ad primam caeli substantiam, et alia sensibilia, quae sunt in ultimo ordine.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid,* and *littera.*
3. We should note (1) that St. Thomas correctly identified Speusippus as the son of Plato's sister and as his successor in *In Eth.* [14] (see St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 12 [B]); (2) that the Greek text of Aristotle has 'Speusippus'; (3) that St. Thomas was certainly aware of the identity of Leucippus ('Leucippussocius Democriti,' *In* XII *Meta.,* 6 [2504]). It would seem reasonable, therefore, to suspect that the original reading was 'Speusippus' and that the text has been altered to agree with the Cathala Latin version.

[125] *In* VII *Meta.,* 2 [C 1271]

Secundus modus est prout 'universale' dicitur substantia esse, secundum opinionem ponentium ideas species, quae sunt universalia de singularibus praedicata,[1] et sunt horum particularium substantiae.[2]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 24-33].
2. *Littera* and *Meta.,* I, 9 [991b 1-3; 992a 26-27].

1126] /n VH *Mela.,* 2 [C 1272]
Tertius modus est secundum quod 'primum genus videtur esse substantia uniuscujusque.' Et per hunc modum, unum ct ens ponebant [se. Platonici] substantias esse omnium rerum, tanquam prima omnium genera.

Source: Aristotle, *Mela.,* VII, 16 [1040b 16-21].

[127] *In* VII *Meta.,* 2 [C 1290]
Hoc autem dicit Philosophus ad removendum opinionem Platonis, qui non distinguebat inter privationem et materiam, ut in primo Physicorum habetur.

Source: Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].

[128] *In* VII *Meta.,* 5 [C 1362]
Quod patet si ponantur aliquae substantiae abstractae ab istis sensibilibus, quibus non sunt aliquae aliae substantiae abstractae nec aliquae naturae priores eis. Hujusmodi enim substantias Platonici dicunt esse ideas abstractas. Si enim quod quid erat esse est aliud ab eo cujus est, oportebit hoc esse verum in omnibus in quibus est quod quid erat esse, cujuslibet autem substantiae est quod quid erat esse, erit ergo aliquid aliud a qualibet substantia quod quid erat esse ejus. Et ita etiam quod quid erat esse substantiae idealis erit aliud ab ea; et ita 'si ipsum bonum,' idest si idea boni, et 'quod est bono esse,' idest quod quid erat esse hujus ideae, est alterum; et similiter ipsum animal, et quod est animali esse; et ipsum ens, et quod est enti esse, et ita in omnibus aliis ideis; sequetur quod sicut istae substantiae ideales ponuntur praeter substantias sensibiles, ita erunt aliae substantiae, et aliae naturae et ideae praeter ideas dictas a Platonicis, quae erunt quod quid erat esse illarum idearum; et etiam illae aliae substantiae sunt priores ideis.

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14] *et passim.* Rest of passage is an expansion of the *littera.*

[129] *In* VII *Mela.,* 5 [C 1364]
Et exponit quod dixerat 'absolute,' ut videlicet 'nec ipsi bono,' idest ideae boni, quae ponitur secundum Platonicos 'insit hoc quod est esse bono,' idest quod quid est esse boni.

Source: *Littera* and see Aristotle, *Elh.,* I, 6 [1096a 22-23; 28-29].

[130] *In* VII *Meta.,* 5 [C 1367-1369]
Deinde cum dicit 'necesse igitur'

Concludit Philosophus conclusionem principaliter intentam; dicens, quod ex quo per diversitatem et separationem ejus quod quid erat esse a rebus, sequitur quod res nec sunt scitae, nec entes, quod est inconveniens, 'necesse est igitur esse unum benignum, et hoc quod est benigno esse,' id est quod quid est benigni, 'et bonum et bono esse,' id est quod quid est boni. Et ponit haec duo, ut benignum pertineat ad bona particularia, quae Platonici dicebant bona per participationem, bonum autem ad ipsam ideam boni.[1] Et similiter est de omnibus aliis, quae dicuntur per se et primo, et non per aliud sive per accidens, quia in illis est alia ratio, ut dictum est. Ad hoc enim quod res sint scitae, et quod sint entes, hoc est sufficiens, scilicet quod quod quid erat rei sit idem cum re 'si extiterit,' idest si fuerit verum, quamvis non sint species ideales, quas Platonici ponebant.[2]

Licet non propter aliud ponerent Platonici species, nisi ut per eas possit haberi scientia dc istis sensibilibus,3 ut per carum participationem essent.1 Sed forsan magis est sufficiens ad praedictam positionem, quod quod quid est esse rei sit idem cum re quam ipsae species, etiam si verum sit quod sint species, quia species sunt separatae a rebus. Magis autem aliquid cognoscitur et habet esse per id quod est sibi conjunctum et idem, quam per id quod est ab eo separatum.

Ex hoc autem Philosophus dat intelligere destructiones specierum. Si enim species non ponuntur nisi propter scientiam rerum, et esse earum, et ad hoc sufficit alia positio, etiam hoc non posito et eo posito magis quam hoc, sequitur vanum sit ponere species.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-20]; III, 2 [997b 3-5]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3],
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],
3. *Ibid.,* I, 6; 9 [987b 1-7; 991a 11-12].
4. *Ibid.,* I, 6; 9 [987b 9-10; 990a 34 - 991b 2; 991a 13-14; 991b 2-3],

1131] *In* VII *Meta.,* 5 [C 1370]
Similiter ad idem ostendendum, scilicet quod non sunt species, palam est, quia si sunt ideae quales Platonici eas esse dicebant, sequetur quod id, quod est subjectum, scilicet quod haec res sensibilis non sit substantia. Ponebant enim Platonici, quod necesse est ideas esse substantias, et non esse de aliquo subjecto. Proprium enim est substantiae in subjecto non esse. Sed si ista subjecta, idest, si ista sensibilia sint substantiae, oportet quod sint secundum participationem illarum specierum; et ita illae species erunt de subjecto.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],

1132] *In* VII *Meta.,* 6 [C 1381]
Et hic erit unus modorum, quo destruitur positio Platonis ponentis species separatas, quas ponebat esse necessarias ad hoc, quod per eas scientia de istis rebus sensibilibus haberetur,1 et ad hoc, quod earum participatione res sensibiles existèrent,2 et ad hoc, quod essent principia generationis rerum sensibilium.3

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-7; 991a 11-12].
2. *Ibid.,* I, 6;9[987b 9-10; 990a 34 - 991b 2;991a 13-14;991b 3-4],
3. *Ibid.,* I, 9 [991a 11 ; b 2-3; 992a 25-26],

1133] *In* VII *Meta.,* 7 [C 1427]
Sciendum est autem, quod Platonici ponebant species esse causas generationis dupliciter. Uno modo per modum generantis,1 et alio modo per modum exemplaris.2... Movet autem quaestionem in artificialibus propter naturalia, quorum species Plato separatas posuit a materia;3...

Source: 1. Aristode, *Mela.,* I, 9 [99la 11 ; b 2-3; 992a 25-26].
2. *Ibid.,* 1,9 [991a20- b 1] ; VII, 8 [1033b 19- 1034a8]; XII, 5 [1071a 17-30],
3. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-14].

[134] *In* VII *Meta.,* 7 [C 1429]
Manifestum est ergo ex dictis, quod si sunt aliquae species praeter

singularia, nihil sunt utiles ad generationes[1] et substantias rerum,* sicut consueti sunt quidam dicere 'specierum causa,' idest ad hoc quod ponant species. Haec enim erat una causa, quare Platonici species ponebant, ut essent causa generationis in rebus.[1] Si igitur species separatae non possunt esse causa generationis, manifestum erit quod non erunt species quaedam substantiae secundum se existentes.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 9 [991a 11 ; b 2-3; 992a 25-26],
2. *Ibid.,* I, 6; 9 [987b 9-10; 990a 34 - 991b 2; 991a 13-14; 991b 2-3]; VII, 6 [1031a 15-18; b 14-18],

[135] *In* VII *Mela.,* 7 [C 1434-1435]

Quare palam est, quod non oportet ponere aliquam speciem separatam, quasi exemplar rebus generatis, ex cujus imagine res generatae speciei similitudinem consequantur, ut Platonici ponebant....

Relinquitur ergo, quod non oportet ponere aliquam speciem praeter singularia, quae sit causa speciei in generatis, ut Platonici ponebant.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 20 - b 1]; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8]; XII, 5 [1071a 17-30].

[136] *In* VII *Meta.,* 9 [C 1469-1470]

Et haec est sententia Aristotelis in hoc capitulo, quam introducit ad excludendum opinionem Platonis de ideis. Dicebat enim species rerum naturalium esse per se existentes sine materia[1] sensibili, quasi materia sensibilis non esset aliquo modo pars speciei. Ostenso ergo, quod materia sensibilis sit pars speciei in rebus naturalibus, ostenditur quod impossibile est esse species rerum naturalium sine materia sensibili, sicut hominem sine carnibus et ossibus, et sic de aliis.

Et hic erit tertius modus destruendi ideas. Nam primo destruxit per hoc quod quod quid erat esse non est separatum ab eo cujus est? Secundo per hoc, quod species separatae a materia non sunt causae generationis, neque per modum generantis, neque per modum exemplaris.[3] Nunc autem tertio improbat eam per hoc, quod materia sensibilis in communi est ratio speciei.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14].
2. *Ibid.,* VII, 7 [1031a 15-18; b 14-18]. Cf. *ibid.,* I, 9 [991a 13-14; b 1-3].
3. *Ibid.,* I, 9 [991a 11; 20 - b 3; 992a 25-26]; VII, 8 [1033b 9 - 1034a 8]; XII, 5 [1071a 17-30].

[137] *In* VII *Meta.,* 11 [C 1503-1511]

Primo ponit solutionem secundum opinionem Platonicorum.

Videtur enim eis, quod sicut materia sensibilis non est pars speciei in naturalibus, ita etiam quod materia intelligibilis non sit pars speciei in mathematicis. Materia autem figurarum mathematicarum intelligibilis, est continuum, ut linea vel superficies. Et ideo vult, quod linea non sit pars speciei circuli vel trianguli; quasi non sit competens quod triangulus et circulus definiantur per lineas et continuum, cum non sint partes speciei; sed omnia ista similiter dicantur ad circulum et triangulum, sicut carnes et ossa ad hominem, et aes et lapides ad circulum.

Removendo autem a triangulo et circulo continuum, quod est linea,

nihil remand nisi unitas et numerus, quia triangulus est tres lineas habens, et circulus unam. Et ideo, quia lineas non dicunt esse partes speciei, referunt omnes species ad numeros, dicentes quod numeri sunt species mathematicorum omnium. Dicunt enim quod ratio duorum est ratio lineae rectae, propter hoc quod linea recta duobus punctis terminatur.

Sed circa hoc inter Platonicos ponentes ideas, est differentia quaedam. Quidam enim non ponentes mathematica media inter species et sensibilia, dicentes species esse numeros, dicunt ipsam lineam esse dualitatem, quia non ponunt lineam mediam differentem a specie lineae.

Quidam vero dicunt quod dualitas est species lineae, et non linea. Linea enim est quoddam mathematicum medium inter species et sensibilia; et dualitas est ipsa species. Et secundum eos, in quibusdam non differunt species et cujus est species, sicut in numeris, quia ipsas species dicebant esse numeros. Unde idem dicebant esse dualitatem et speciem dualitatis. Sed lineae hoc non accidit, secundum eos, quia linea jam dicit aliquid participans speciem, cum multae lineae inveniantur esse in una specie; quod non esset si ipsamet linea esset ipsa species.

Source: *Littera* but see Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.27-36]; Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18].

|I38] *In* VII *Mela.,* 11 [C 1512-1513]

Deinde cum dicit 'accidit itaque'

Improbat praedictam solutionem; et ponit tres rationes: quarum prima est. Si soli numeri sint species,[1] omnia ista quae participant uno numero participant una specie. Multa autem sunt diversa specie quae participant uno numero. Unus enim et idem numerus est in triangulo propter tres lineas, et in syllogismo propter tres terminos, et in corpore propter tres dimensiones. Accidit igitur multorum specie diversorum esse unam speciem. Quod non solum Platonicis sed etiam Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam omnium rerum esse numeros?

Secundam ponit ibi 'et contingit'

Quae talis est. Si carnes et ossa non sunt partes speciei humanae, nec lineae speciei trianguli, pari ratione nulla materia est pars speciei. Sed secundum Platonicos, in numero dualitas attribuitur materiae,[3] unitas autem speciei:[4] ergo sola unitas est species. Dualitas autem, et per consequens omnes alii numeri, tamquam materiam implicantes, non erunt species. Et sic una tantum erit species omnium rerum.

Source: 1. *In Meta.* [137].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].
3. *Ibid.,* I, 6 [987b 33 - 988a 1],
4. *Ibid.,* I, 6 [987b 20-22].

|!39]7n VII *Meta.,* 11 [C 1516]

Solvit praemissam quaestionem secundum propriam sententiam. Et primo quantum ad naturalia. Secundo quantum ad mathematica, ibi, 'Circa mathematica.' Dicit ergo primo, quod ex quo praedicta inconvenientia sequuntur removentibus a specie rei omnia quae sunt materialia, sive sint sensibilia, sive non, patet ex dictis quod superfluum est omnes species rerum reducere ad numeros vel unitatem, et auferre totaliter materiam sensibilem et intclligibilem, sicut Platonici faciebant.

Source: *Littera* and see *In Meta.* [137]; [138].

[140] *In* Vil *Meta.,* Il [C 1518]
Videtur autem ipsum Platonem Socratem juniorem nominare,[1] quia in omnibus libris suis introducit Socratem loquentem, propter hoc quod fuerat magister ejus.[2] Opinionem autem Platonis, de materialitatc naturalium specierum,[3] vocat parabolam, quia fabulis assimilatur quae componuntur ad aliquam sententiam metaphorice insinuandam.

Source: 1. This seems to be a conjecture of St. Thomas.
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 4 [B].
3. 'Materialitatc' should undoubtedly read 'immaterialitatc.' Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].

[141] *In* VII *Meta.,* 11 [C 1533]
Vel secundum aliam literam 'quae prima est.' Est enim quaedam curvitas prima, sicut curvitas quae est in speciebus secundum Platonicos, in quibus speciebus communiter est verum quod quaelibet est idem cum suo quod quid est. Alia autem curvitas quae est in rebus sensibilibus vel in mathematicis, non est prima. Unde non est idem quod suum quod quid erat esse.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; *littera.*

[142] *In* VII *Meta.,* 13 [C 1568]
Sed quia non solum materia et quod quid est videntur esse causae, sed etiam universale 'quibusdam,' scilicet Platonicis, videtur maxime esse causa et principium,...

Source: *Littera.*

[143] *In* VII *Meta.,* 13 [C 1570]
Sciendum est autem, ad evidentiam hujus capituli, quod universale dupliciter potest accipi. Uno modo pro ipsa natura, cui intellectus attribuit intentionem universalitatis: et sic universalia, ut genera et species, substantias rerum significant, ut praedicantur in quid. Animal enim significat substantiam ejus, de quo praedicatur, et homo similiter. Alio modo potest accipi universale inquantum est universale, et secundum quod natura praedicta subest intentioni universalitatis: idest secundum quod consideratur animal vel homo, ut unum in multis. Et sic posuerunt Platonici animal et hominem in sua universalitate esse substantias.

Source: Clearly implied in the *littera.*

[144] *In* VII *Meta.,* 13 [C 1582]
Sed dicendum est quod, si universalia sint res quaedam, sicut Platonici ponebant, oportebit dicere, quod non solum qualitatem substantialem, sed accidentalem significent.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 24-33].

[145] *In* VII *Meta.,* 14 [C 1592]
Dicit ergo primo, quod ex praedictis etiam manifestum esse potest quid accidat de inconvenientibus, dicentibus ideas esse substantias et separabiles, quae dicuntur esse species universales,[1] et simul cum hoc ponentibus speciem esse ex genere et differentiis. Hae enim duae positiones simul conjunctae, scilicet quod species componantur ex genere et differentia, et quod species universales sunt substantiae separatae, quae dicuntur ideae, ducunt ad inconvenientia. Si enim ponantur species

esse separatae, constat quod unum genus est in pluribus speciebus simul, sicut animal in homine et equo. Aut ergo hoc ipsum quod est animal in homine et equo existons, est unum et idem numero; aut alterum in homine, et alterum in equo. Inducit autem hanc divisionem, quia Plato ponebat ideas specierum, non autem generum,[2] cum tamen poneret communiter universalia esse substantias.[3]

Source: 1. *Littera* and see Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],
2. See *Source* under *In Meta.* [78].
3. See 1 above. ,

1146] *In* VII *Meta.,* 14 [C 1593]
Si ergo propter hoc, quod species praedicatur secundum unam rationem de omnibus individuis, est aliquis homo communis, qui est ipsum quod est homo secundum se existons, 'et est hoc aliquid,' idest quoddam demonstrabile subsistens et separatum a sensibilibus, sicut Platonici ponunt;...

Source: *Littera* and see Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],

1147] *In* VII *Meta.,* 14 [C 1594-1595]
...cum species separatae secundum Platonicos sint quaedam substantiae adinvicem diversae....

Homo enim, quia est unum de multis praedicatum secundum Platonicos, non ponitur in particularibus, sed extra ea.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14],

1148] *In* VII *Mela.,* 14 [C 1602-1603]
Deinde cum dicit 'et amplius'

Ponit tertium inconveniens; dicens, quod ulterius ex praedictis sequitur, quod omnia illa, ex quibus est homo, scilicet superiora genera et differentiae, sint ideae; quod est contra positionem Platonicorum, qui ponebant solas species esse ideas particularium, genera vero et differentias non esse ideas specicrum. Et hoc ideo, quia idea est proprie exemplar ideati secundum suam formam. Forma autem generis non est propria formis specierum, sicut forma speciei est propria individuis, quae conveniunt secundum formam, et differunt secundum materiam.

Sed, si sunt diversa animalia secundum diversas species, unicuique speciei respondebit aliquid in substantia sui generis, sicut propria idea; et ita etiam erunt genera ideae, et similiter differentiae. Non ergo alteri universalium erit quod sit idea, et alteri quod sit substantia, sicut Platonici ponebant, dicentes quidem genera esse substantias specierum, species vero ideas individuorum. Impossibile namque est ita esse, ut ostensum est. Sequitur igitur ex praedictis 'quod ipsum animal,' idest substantia animalis universalis, sit unumquodque eorum 'quae sunt in animalibus,' idest quae continentur inter species animalis.

Source: St. Thomas knew that in the tradition based on Porphyry the Platonic theory included subsistent *genera* (Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 11 [CSEL 48,167.12-14]) and this he himself repeats (e.g. *De Sp. Creat.* [7]). Moreover, Aristotle presented the theory as demanding a general assertion of subsistent universals (e.g. *Meta.,* II, 3 [999a 10-11]; VII, 14 [1039a 24 - b 19]). St. Thomas, however, also asserts that Plato did not posit the *genera* as ideas (e.g. *In Meta.* [145]; *C.G.* [3]; 5. *T.* [7]).

He reads this implication in the argument of Aristotle, *Mela.,* VII, 14 11039a 24 - b 19]. The point here seems to be that 'idea' is here taken in a strict sense of a *proper* exemplar form. The *genus* is not the proper form of a species in the way a species is of the sensible individual (in which the difference is reducible to a non-formal principle, matter). Secondly, in order to allow subsistence, the Platonists must hold that *genus* is absolutely simple (See *In* X *Meta.,* 10 [2118-2119]), a strict univocal, and that animal is not physically diverse in diverse species. From this angle also it becomes impossible for the *genus* to be a *proper idea* of anything within the substance of a species as well as to be the *substance* of diverse species.

[149] *In* VII *Meta.,* 14 [C 1605]
Si itaque impossibile est sic esse, palam est quod idea non est ipsorum sensibilium, sicut Platonici dicunt.

Source: *Littera.*

[150] *In* VII *Meta.,* 15 [C 1606; 1612]
In hoc loco Philosophus ostendit, quod ideae quae ponuntur separatae a Platonicis, non possunt definiri. Et hoc ideo, quia Platonici ad hoc praecipue ponebant ideas, ut eis adaptarentur et definitiones et demonstrationes, quae sunt de necessariis, cum ista sensibilia videantur omnia in motu consistere.1

Si igitur singulare definiri non potest, itaque nec ideam possibile est definire. Ideam enim oportet esse singularem, secundum ea quae ponuntur de idea. Ponunt enim quod idea est quoddam per se existens ab omnibus aliis separatum. Haec autem est ratio singularis.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14], See also *littera* [1039b 31-33].
2. *Littera* [1040a 8-9].

[151] *In* VII *Meta.,* 15 [C 1613]
Fuit autem necessarium ut hanc rationem superadderet rationi suprapositae, quia ratio jam posita probabat singulare non esse definibile, ex eo quod est corruptibile et materiale; quae duo Platonici ideis non attribuebant.

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14].

[152] *In* VII *Meta.,* 15 [C 1619]
Et hoc inconveniens quidem accidit 'in sempiternis,' idest considerando etiam definitionem ideae, quae est quoddam singulare sempiternum secundum Platonicos;...

Source: *Littera.*

[153] *In* VII *Meta.,* 16 [C 1642]
Deinde cum dicit 'sed species'
Ostendit quantum ad quid Plato recte dixerit, et quantum ad quid non recte; dicens, quod Platonici ponentes species ideales, in hoc recte dicunt, quod ponunt eas separatas, ex quo ponunt esse substantias singularium. De ratione enim substantiae est quod sit per se existens.

Non autem posset esse per se existens si in aliquo singularium esset; praesertim quia si uno singularium cxistcrct, in aliis esse non posset. Sicut enim jam dictum est, id quod est unum subsistens, non potest in multis esse. Unde in hoc recte facit Plato, ex quo posuit species esse substantias, quod posuit eas separatas.

Source: Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; see *In Meta.* [145].

|154] *In* VII *Meta.,* 16 [C 1643-1644]

In hoc autem non dixejunt recte, quia dicunt unam speciem esse in multis. Haec enim duo videntur esse opposita: quod aliquid sit separatum per se existens, et tamen habeat esse in multis. Causa autem propter quam inducti sunt Platonici ad ponendum hujusmodi substantias separatas, et tamen esse in multis, haec est: quia per rationem invenerunt quod oportet esse aliquas substantias incorruptibiles et incorporeas, cum ratio substantiae corporalibus dimensionibus non sit obligata. Sed quae sunt hujusmodi substantiae, quae quidem sunt incorruptibiles, et sunt praeter has substantias singulares et sensibiles, 'non habent reddere,' idest non possunt assignare et manifestare, eo quod nostra cognitio a sensu incipit, et ideo ad incorporea quae sensum transcendunt, non possumus ascendere, nisi quatenus per sensibilia manuducimur.

Et ideo, ut aliquam notitiam traderent de substantiis incorporeis incorruptibilibus, 'faciunt,' idest fingunt eas, easdem esse specie substantiis corruptibilibus, sicut in istis substantiis corruptibilibus invenitur homo singularis corruptibilis, et similiter equus. Posuerunt igitur quod etiam in illis substantiis separatis esset aliqua substantia quae esset homo, et aliqua quae esset equus, et sic de aliis: sed differenter: quia has substantias separatas scimus, ex doctrina Platonicorum, per hoc quod dicimus 'autanthropon,' idest per se hominem, 'et authippon,' idest per se equum. Et ita in singulis substantiis sensibilibus ad designandas substantias separatas 'addimus hoc verbum,' idest hanc dictionem 'auto,' idest per se.

Source: *Littera.*

1155] *In* VII *Meta.,* 16 [C 1645]

Ex quo apparet quod Platonici volebant illas substantias separatas esse ejusdem speciei cum istis sensibilibus; et solum in hoc differre, quia separatis attribuebant nomen speciei per se, non autem sensibilibus. Cujus ratio est quia in singularibus sunt multa, quae non sunt partes speciei. Sed in illis substantiis separatis dicebant tantum esse illa quae pertinent ad speciem et naturam speciei. Ergo homo separatus dicebatur per se homo, quia habet ea tantum quae pertinent ad naturam speciei. Sed hic homo singularis habet, cum his quae ad naturam speciei pertinent, multa alia: et propter hoc non dicitur per se homo.

Source: *Littera.* See also Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].

1156] *In* VII *Meta.,* 17 [CJ648]

Hanc autem substantiam Platonici dicebant esse universalia, quae sunt species separatae:1... Dicit ergo primo, quod ex quo ostensum est, quod nihil universaliter dictorum est substantia, ut Platonici posuerant,... Quamvis enim substantiae separatae non sint ejusdem speciei cum substantiis sensibilibus, ut Platonici posuerunt,...2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].
2. *Ibid.,* VII, 16 [1040b 31-32].

[157] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1704]

Et quia Plato praecipue principium formale tetigit, ideo determinat de principio formali secundum ea quae Plato posuit. Ponit autem Plato, formas rerum esse species et numeros.1 Unde prima pars dividitur in duas partes. In prima determinat de principio formali per comparationem ad species. In secunda per comparationem ad numeros, ibi, 'Palam autem.' Ponebat autem Plato quatuor de formis per comparationem ad species. Quorum primum est, quod nomina specierum significent tantum formam, non autem formam cum materia.2 Secundum, quod forma est aliquid praeter partes materiae.3 Tertium est, quod est ingenerabitis et incorruptibilis? Quartum est, quod formae sunt separatae a sensibilibus? Unde prima pars dividitur in quatuor, secundum quod Aristoteles de quatuor praedictis inquirit. Secunda pars incipit, ibi, 'Non videtur.' Tertia, ibi, 'Necessarium itaque etc.' Quarta, ibi, 'Si autem sunt corruptibilium.'

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 7-18; 991b 9]
2. *Ibid.*
3. *Ibid.,* VII, 11 [1036b 22 - 1037b 7],
4. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-14].

[158] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1706]

Similiter, utrum hoc nomen linea significet dualitatem et longitudinem, aut dualitatem tantum. Hoc autem ideo dicit, quia Platonici posuerunt numeros esse formas magnitudinum. Dicebant enim quod punctus nihil aliud est quam unitas positionem habens; ita quod positio sit quasi materiale unitas ut formale. Et similiter ponebant, quod dualitas erat forma lineae, ita quod linea nihil aliud est quam dualitas in longitudine. Quaerit ergo Philosophus, utrum hoc nomen linea significet dualitatem tantum, quasi formam; aut dualitatem in longitudine, sicut formam in materia. Et similiter, utrum hoc nomen animal significet animam in corpore, quasi formam in materia; aut animam tantum, quae est forma corporis organici.

Source: *Littera-,* and see Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11. 27-36]; *In Meta.* [137].

[159] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1707]

Nomen enim speciei non dicetur de composito, nisi secundum ordinem ad hoc, quod dicitur secundum formam tantum, sicut Platonici posuerunt. Ponebant enim quod homo, qui est compositus ex materia et forma, dicitur per participationem hominis idealis, qui est forma tantum.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14] ; VII, 11 [1036b 21 - 1037b 7],

[160] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1712]

Deinde cum dicit 'non videtur'

Prosequitur secundum praedictorum, scilicet quod forma sit aliquid praeter partes materiae; dicens, quod Platonicis moventibus istam quaestionem, non videtur, quod syllaba sit ex elementis et ex compositione; quasi compositio, quae est forma syllabae, sit pars materialis

syllabae, sicut elementa vel literac. Neque videtur cis quod domus sit caementum et compositio, quasi domus constituatur ex his quasi ex partibus materiae.

Source: *Littera* and see *Source* under *In Meta.* [159].

(161] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1714]
Nec erit elementum neque ex elementis, sed erit tantum forma, ut dicunt Platonici, qui auferunt materiam a definitionibus.

Source: See *Source* under *In Meta.* [159].

1162] *In* VIII *Meta., 2* [C 1715]
Prosequitur tertium praedictorum; scilicet quod formae secundum Platonicos sunt sempiternae et incorruptibiles. Unde concludit ex dictis quod necessarium est formam aut esse sempiternam, ut Platonici posuerunt ponentes ideas, quas dicebant formas rerum esse sempiternas :...

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].

1163] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1717]
Prosequitur quartum praedictorum; scilicet quod Plato ponebat formas separatas a materia. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit dubium circa hanc positionem; dicens quod non est manifestum si 'substantiae,' idest formae rerum corruptibilium, sint separabiles, ut Platonici posuerunt.

Source: *Littera-,* cf. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-10].

1164] *In* VIII *Meta.,* 2 [C 1719]
Tertio 'forsan quidem'

Excludit obviationem; dicens, quod formae artificialium forsan non sunt substantiae, nec ipsae sunt aliquid per se, unde separari non possunt. Et similiter nullum aliorum artificialium, quae non sunt secundum naturam; quia solum materia in rebus artificialibus ponitur esse substantia, formae autem artificiales accidentia sunt. Formae vero naturales sunt de genere substantiae. Et propter hoc Plato non posuit formas artificiales esse separatas a materia, sed solum formas substantiales.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991b 6-7],

1165] *In* VIII *Meta.,* 3 [C 1720-1721]
Ostendit quid manifeste sit contra positionem Platonis; dicens, quod si quis ponat esse formas separatas, ut Platonici posuerunt, dubitatio, quam Antisthenici dubitaverunt, licet viderentur indocti, habebit locum contra Platonicos....

Nam genus sumitur a materia, et differentia a forma, ut dictum est supra; unde, si species rerum essent tantum formae, ut Platonici posuerunt, non contingeret eas definiri.

Source: Aristotle, *Meta.,* 1,6 [987b 1-14]; VII, 11 [1036b 21 - 1037b 7].

|I66] *In* VIII *Meta.,* 3 [C 1722]
Deinde cum dicit 'palam autem'

Postquam determinavit de formis secundum quod comparantur ad ideas introductas a Platone,[1] nunc determinat de formis per comparationem ad numeros. Plato enim ponebat formas et substantias rerum, reducendo per modum cujusdam assimilationis formas ad numeros.[2]

Et dividitur in quatuor, secundum quod quatuor modis assimilât formas numeris. Dicit ergo primo, quod manifestum est, quod si numeri aliquo modo sint substantiae rerum et formae, sic sunt, sicut ex praemissis accipi potest; non autem sunt numeri unitatum sicut Platonici dicunt? Dicitur autem numerus unitatum, numerus simplex et absolutus. Numerus autem applicatus ad res, dicitur numerus rerum, sicut quatuor canes vel quatuor homines; quo quidem modo substantiae rerum, quas significant definitiones, possunt dici numeri. Est enim definitio divisibilis in duo: quorum unum se habet ut forma, aliud ut materia, ut superius dictum est. Et iterum est in indivisibilia divisibilis. Divisio enim definitionis oportet quod per aliqua indivisibilia terminetur: non enim definitiones procedunt in infinitum. Puta, si definitio hominis dividatur in animal et rationale, definitio animalis in animatum et sensibile; non procedet hoc in infinitum, cum non sit procedere in infinitum in causis materialibus et formalibus, ut in secundo probatum est. Et sic definitionis divisio non assimilatur divisioni quantitatis continuae, quae est in infinitum; sed divisioni numeri, qui est divisibilis in indivisibilia.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
2. *Littera* and Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 23; 991b 9 sq].

[167] *In* VIII *Meta.,* 5 [C 1757-1758]

Si enim est verum, quod quidam dicunt, si hoc ipsum quod est animal sit aliquod per se existens et separatum, et similiter hoc ipsum quod est bipes, quod Platonici posuerunt: si enim sic est, merito quaeritur quare homo non est illa duo aggregata, ita quod homines particulares non sunt homines nisi per participationem hominis, nec per participationem alicujus unius, sed per participationem duorum, quae sunt animal et bipes. Et secundum hoc homo non erit unum, sed duo, scilicet animal et bipes.

Deinde cum dicit 'palam itaque'

Solvit praedictam dubitationem: et circa hoc duo facit. Primo proponit unde appareat via ad solutionem dubitationis; dicens, manifestum esse quod si aliqui acceptent quod dictum est de positione Platonis, et transmutent sic naturas rerum, quod ponant universalia separata, sicut Platonici determinare et dicere consueverunt, non contingit reddere causam unitatis hominis, et solvere dubitationem praedictam.

Source: *Littera.*

[168] *In* VIII *Meta.,* 5 [C 1764]

Statim enim unumquodque eorum est aliquod ens et aliquod unum, non ita quod ens et unum sint genera quaedam, aut singillatim existentia praeter singularia, quae Platonici ponebant.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 16 [1040b 16-22]; X, 2 [1053b 9 - 1054a 19].

[169] *In* VIII *Meta.,* 5 [C 1765]

...propter praedictam dubitationem quidam, scilicet Platonici, posuerunt participationem, qua scilicet inferiora participant superiora, ut hic homo, hominem; et homo, animal et bipes.[1] Et inquirebant quid est causa participationis, et quid participare; ut eis innotesceret quare est unum, hoc quod dico animal bipes.[2]

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* VIII, 6 [1045a 14-22].
2. *Littera.*

1170] *In* IX *Meta.,* 9 [C 1867; 1882]
In secunda ex proposito ostenso excludit quoddam a Platone dictum, ibi, 'Si ergo aliquae sunt naturae.'...

Ex praemissis excludit quoddam a Platone positum. Ponebat enim Plato formas separatas, quas maxime esse dicebat: sicut si ponerem scientiam esse separatam, quam vocabat per se scientiam: et dicebat quod hoc erat principalissimum in genere scibilium et similiter per se motum in genere mobilium. Sed secundum praeostensa, aliquid erit primo in genere scibilium, quam per se scientia. Ostensum est enim quod prior est actus perfectione quam potentia. Scientia enim ipsa est quaedam potentia. Unde consideratio quae est actus ejus erit ea potior, et sic de aliis hujusmodi. – Ultimo epilogat quod dictum est, scilicet quod actus est prior potentia, et omni principio motus.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-10]; 7 [988a 34 - b 6].

1171] *In* X *Meta.,* 3 [G 1962-1966]
Est autem dubitatio, utrum hoc ipsum quod dicitur unum, sit substantia aliqua et per se subsistens, ut dixerunt Pythagorici, et postea Platonici eos sequentes; aut magis ei quod est unum supponatur quaedam natura subsistens, secundum quam notius et magis debet dici quid est quod dicitur unum. Et hoc supposuerunt naturales: quorum unus dixit amorem esse aliquid quod est unum; sicut Empedocles qui ponebat quatuor principia materialia, scilicet quatuor elementa, quibus priora dicunt esse principia agentia, quae ipse ponebat, scilicet amorem et odium. Inter quae praecellit amor, inquantum perfectum et bonorum principium. Unde, si id quod est primum principium dicitur unum, consequitur secundum opinionem ejus, quod amor sit illud quod est unum. Quod est conveniens, inquantum amor unionem quamdam indicat amantis et amati. Alius vero, scilicet Diogenes, ponens aerem principium omnium rerum, dixit aerem esse id quod est unum. Alius vero dixit infinitum esse id quod est unum, sicut Melissus, qui posuit esse unum ens infinitum et immobile, ut patet in primo Physicorum.

Deinde cum dicit 'si itaque'

Determinat propositam quaestionem; dicens, quod unum non est substantia subsistens, de qua dicitur quod sit unum. Probat autem hoc dupliciter. Primo ratione. Secundo similitudine, ibi, 'Adhuc autem similiter.' Dicit ergo quod probatum est superius, in septimo scilicet in quo agebat de ente et praecipue de substantia, quod nullum universalium esse potest substantia, quae scilicet per se sit subsistens; quia omne universale commune est multis. Nec possibile est universale esse substantiam subsistentem; quia sic oporteret quod esset unum praeter multa, et ita non esset commune, sed esset quoddam singulare in se.

Nisi forte diceretur commune per modum causae. Sed alia est communitas universalis et causae. Nam causa non praedicatur de suis effectibus, quia non est idem causa suiipsius. Sed universale est commune, quasi aliquid praedicatum de multis; et sic oportet quod aliquo modo sit unum in multis, et non seorsum subsistens ab eis.

Sed oportet ens et unum magis universaliter et communiter de omnibus praedicari. Non ergo sunt ipsa substantia subsistens, quae dicitur ens vel unum, sicut Plato posuit.

Per hanc rationem concluditur, quod nulla genera sunt aliquae naturae ct substantiae per sc subsistentes, quasi separabiles ab aliis, de quibus dicuntur. Quod etiam superius inter quaestiones fuit dubitatum. Nee tamen hoc pro tanto dicitur, quod unum sit genus. Eadem enim ratione unum non potest esse genus, qua nec ens, quia nec univoce praedicatur, et propter alia quae superius in tertio tacta sunt. Et ex eadem ratione unum et ens non potest esse substantia subsistens.

Source: Aristotle, in the *liltera,* is discussing a Platonic doctrine which makes *unum* and *ens* substances and separate in the same sense as the Platonic universals. (See Aristotle, *Meta.,* VII, 16 [1040b 16-22].) Since the Platonists identify the one of being with the one of number and both with being, the primary separate being is also the primary one (see *Source* under *S.T.* [5]). It is in this sense that St. Thomas reads the present *littera.*

[172] *In X Meta.,* 3 [C 1979]

Sciendum est igitur quod substantia dicitur dupliciter. Uno modo suppositum in genere substantiae, quod dicitur substantia prima et hypostasis, cujus proprie est subsistere. Alio modo quod quid est, quod etiam dicitur natura rei. Secundum ergo Platonis opinionem, cum universalia essent res subsistentes, significabant substantiam non solum secundo modo, sed primo.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].

[173] *In* X *Mela.,* 10 [C 2118-2119]

Et hoc dicit contra Platonicos, qui ponebant communia separata, quasi ipsamet natura communis non diversificaretur, si natura speciei esset aliquid aliud praeter naturam generis. Unde contra hoc concludit ex dictis, quod hoc ipsum quod est commune, diversificatur secundum speciem. Unde oportet quod commune, ut animal, ipsum secundum se sit hoc tale secundum unam differentiam, et illud tale secundum aliam differentiam, sicut quod hoc sit equus, et illud homo. Et ita sequitur, quod si animal sit secundum se hoc tale et hoc tale, quod differentia faciens differre specie, sit quaedam diversitas generis. Et exponit diversitatem generis, quae ipsam naturam generis diversifica!.

Per hoc autem quod hic Philosophus dicit, non solum excluditur opinio Platonis ponentis commune unum et idem per se existere: sed etiam excluditur opinio eorum qui dicunt, quod illud quod pertinet ad naturam generis, non differt specie in speciebus diversis; sicut quod anima sensibilis non differt specie in speciebus diversis; sicut quod anima sensibilis non differt specie in homine et equo.

Source: This seems to be St. Thomas' own analysis of the *littera.* Plato is not mentioned by Aristotle but St. Thomas recognizes the anti-Platonism of 1058a 2-6. (Averroes *[ad locum]* does not mention Plato.)

[174] *In X Meta.,* 12 [C 2143]

Deinde cum dicit 'palam igitur'

Infert quoddam corollarium ex dictis; scilicet quod non possunt esse species separatae, sicut Platonici posuerunt.[1] Ponunt enim duos homines, unum sensibilem qui est corruptibilis, et unum separatum qui est incorruptibilis, quem dicunt speciem vel ideam hominis.[2] Species

autem sive ideae dicuntur esse eadem specie, secundum Platonicos, cum singularibus.3 Et nomen speciei non aequivocc praedicatur de specie ct de singulari, cum tamen incorruptibile et corruptibile etiam genere differant. Et ea quae sunt diversa genere plus distant, quam quae differunt specie.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3]; see *In Mela.* [9].
3. Aristotle, *Meta.,* VII, 16 [1040b 31-32].

1175] *In* XI *Meta.,* 1 [C 2158; 2160-2161]
Aut enim est 'circa species,' idest circa ideas, quas Platonici posuerunt; aut est circa mathematica, quae etiam quidam posuerunt esse media inter ideas et substantias sensibiles, sicut sunt superficies, et lineae, et figurae, et alia hujusmodi. Sed manifestum est per superiores libros, quod 'species non sunt,' idest ideae separatae, et de mathematicis statim quaeretur.

Tertio ibi 'attamen dubitationem'
Movet tertiam dubitationem ex incidenti. Quia enim dixerat manifestum esse quod non sunt species separatae, movet dubitationem de mathematicis, utrum sint separatae. Et ostendit primo quod non: quia si aliquis ponat species separatas, et mathematica separata praeter substantias sensibiles, quare non est ita in omnibus quae habent species, sicut in mathematicis? ut sicut mathematica ponitur media inter species et sensibilia, quasi quaedam tertia entia praeter species et particularia quae sunt hic, ut linea mathematica praeter speciem lineae et lineam sensibilem, ita poneretur tertius homo, et tertius 'equus praeter auton,' idest per se hominem, et per se equum, quae appellabant Platonici ideas, et equum et hominem singulares. Sed in his Platonici media non ponebant, sed solum in mathematicis.
Postea vero cum dicit 'si autem'
Objicit in contrarium: quia si non sunt mathematica separata, difficile est assignare circa quae mathematicae scientiae negocientur. Non enim negociari videntur circa sensibilia inquantum hujusmodi; quia in istis sensibilibus non sunt tales lineae et tales circuli, quales scientiae mathematicae quaerunt. Unde videtur necesse ponere quasdam lineas et quosdam circulos separatos.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18] and *littera.*

1176] *In* XI *Meta.,* 1 [C 2167]
Et veritas est, quod haec scientia praecipue considerat communia; non tamen quod communia sint principia, sicut Platonici posuerunt.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-21].

1177] *In* XI *Meta.,* 2 [C 2179]
Et veritas harum quaestionum est, quod est aliqua substantia separata a sensibilibus; non quidem species rerum sensibilium, ut Platonici posuerunt, sed primi motores, ut infra ostendetur.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

1178] *In* XI *Meta.,* 2 [C 2184]
Quia, si numerus componitur ex uno et materia, oportet quod sit

aliquid unum, sicut quod componitur ex anima ct materia, oportet quod sit animatum. Sed quomodo dualitas et quilibet aliorum numerorum qui sunt compositi ex multis unitatibus, sunt unum, ut dicunt Platonici? nec facile est assignare, ut possit dici esse derelictum ab eis, quasi de facili intelligibile.

Source: Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 33 - 988a 1]; 9 [991 b 27 - 992a 24],

[179] *In* XI *Meta.,* 2 [C 2190]
Unde et Platonici non posuerunt ideas rerum artificialium, quia formae rerum artificialium sunt actus, quae non possunt per se existere.

Source: Aristode, *Meta.,* I, 9 [99Ib 6-7].

[180] *In* XI *Meta.,* 8 [C 2275]
Unde Plato non male dixit, dicens quod [sc. sophistica] versatur circa non ens, quia versatur circa ens per accidens.

Source: *Littera.*

[181] Zn XI *Meta.,* 10 [C 2322]
Circa quod sciendum est, quod Platonici posuerunt infinitum separatum a sensibilibus, et posuerunt ipsum esse principium.

Source: Aristode, *Phy.,* III, 4 [203a 4-6].

[182] *In* XI *Meta.,* 10 [C 2324]
Si infinitum ponitur separatum a sensibilibus, aut ponitur ut substanda per se existens, aut ut accidens inhaerens alicui subjecto separato, puta magnitudini, aut numero, quae sunt separata secundum Platonicos.

Source: Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18],

[183] *In* XI *Meta.,* 13 [C 2415]
Tertium corollarium est, quod punctus et unitas non sunt idem, ut Platonici posuerunt, dicentes quod punctum est unitas habens positionem.

Source: Aristode, *Post. Anal.,* I, 27 [87a 35-36].

[184] *In* XII *Mela.,* 1 [C 2423]
Nam moderni, scilicet Platonici, dicunt universalia magis esse substantias quam particularia. Dicunt enim, genera, quae sunt universalia, magis esse principia et causas substantiarum quam particularia.[1] Et hoc ideo, quia logice inquirebant de rebus.[2] Universalia enim, quae secundum rationem sunt abstracta a sensibilibus, credebant etiam in rerum natura abstracta fore, et principia particularium.[3]

Source: \. *Littera* and Aristode, *Meta.,* VII, 13 [1038b 6-8]; XII, 1 [1069a 26-28]; Averroes, *In Meta.,* XII, *com.* 3 [292D].
2. *Littera-.* '... propter logice inquirere...'; see Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; *De Gen. et Cor.,* I, 2 [316a 8-11].
3. Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25. 15-26.15].

[185] *In* XII *Meta.,* 2 [C 2426]
Tertium vero genus est substantiae immobilis, quae non est sensibilis.

Et hace non est omnibus manifesta, sed quidam ponunt eam esse separabilem a sensibilibus. Quorum opinio diversificatur. Quidam enim dividunt substantiam separabilem in duo genera: scilicet in species, quas vocant ideas, et mathematica. Sicut enim invenitur secundum rationem duplex modus separationis: unus quo separantur mathematica a materia sensibili, alius quo separantur universalia a particularibus: ita et secundum rem ponebant et universalia esse separata, quae dicebant species, et etiam mathematica.1– Sed quidam haec duo, scilicet species et mathematica, in unam naturam reducebant. Utrique igitur hi erant Platonici.2 Sed alii, scilicet Pythagorici, non ponebant species, sed solum mathematica.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18] ; see *Source* 3 under *In Meta.* [184],
2. For the division of Platonists, see Aristotle, *Meta.,* VII, 11 [1036b 13-17].

1186] *In* XII *Meta.,* 3 [C 2449]
Sed, si aliquae formae sunt praeter substantiam compositam, hoc erit verum in formis naturalibus, quae substantiae sunt. Unde Plato non male dixit, 'quod species,' idest formae separatae, sunt formae quae sunt per naturam. Dico autem quod non simpliciter bene dixit, sed si sunt species aliae aliquae ab isits sensibilibus, quae sunt caro, caput et hujusmodi, quae sunt materia ultima substantiae particularis compositae, quae est maxime substantia.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-18; 991b 6-7].

[187] *In* XII *Meta.,* 3 [C 2452]
Considerandum autem hanc sententiam esse Aristotelis de anima intellectiva quod non fuerit ante corpus, ut Plato posuit, neque etiam destruitur destructo corpore, ut antiqui naturales posuerunt, non distinguentes inter intellectum et sensum.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 580]; Macrobius, *In Som. Scip.,* 1,9, 1-5 [E 509-510]; 12 [E 519-523] ; II, 13 [E 615-618]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.

[188] *In* XII *Meta.,* 3 [C 2454]
'Palam itaque'

Secundo excludit rationem propter quam ponebant ideas separatas. Ad hoc enim dicebant Platonici esse necessarium ponere ideas, ut substantiae particulares sensibiles ad earum similitudines formarentur. Sed hoc non est necessarium; quia in istis inferioribus invenitur causa sufficiens formationis omnium eorum quae fiunt. Nam agens naturale agit sibi simile. Homo enim generat hominem; non quidem universalis singularem, sed singularis singularem. Unde non est necessarium ponere hominem universalem esse separatum, a quo hic homo singularis formam speciei accipiat vel participet. Et similiter manifestum est in his quae fiunt secundum artem; quia ars medicinalis est quaedam ratio sanitatis et similitudo in anima, ut etiam supra ostensum est.

Source: St. Thomas reads this brief *littera* in the light of Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 20 - b 1]; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8]; XII, 5 [1071a 17-30],

I189] *In* XII *Mela.,* 4 [C 2459]

Cum ergo id quod est prius, inveniatur esse communius, sicut animal est prius homine, sequitur, si aliquid est prius substantia et aliis generibus, quod aliquid sit commune substantiae et aliis generibus, et praecipue secundum opinionem Platonicorum, qui posuerunt universalia esse principia, et unum et ens quasi communissima esse principia omnium.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 16 [1040b 16-22]; X, 2 [1053b 9 - 1054a 19].

[190] *In* XII *Meta.,* 4 [C 2462]

Et quia videbatur hoc habere instantiam in principiis a Platone positis, quae sunt unum et ens, eo quod unumquodque principiatorum est unum et ens;[1] ideo consequenter hoc excludit, dicens, quod neque etiam intellectualium elementorum, quae sunt unum et ens, possibile est aliquod esse idem cum his quae sunt ex elementis. – Vocat autem ea intellectualia, quia universalia intellectu percipiuntur, et quia Plato ea ponebat separata a sensibilibus.[2]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* VII, 16 [1040b 16-22]; X, 2 [1053b 9 - 1054a 19].
2. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-14],

[191] *In* XII *Meta.,* 4 [C 2480]

Et hoc est quod dicit, quod haec, scilicet actus et potentia, cadunt in praedictas causas, quae sunt forma, privatio, et materia, et movens: quia forma est actus, sive sit separabilis a composito, ut Platonici posuerunt, sive etiam sit aliquid compositum ex ambobus, scilicet materia et forma.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[192] *In* XII *Meta.,* 4 [C 2482]

Haec autem dicuntur principia universalia, quia universaliter significantur et intelliguntur; non ita quod ipsa universalia subsistentia principia sint, ut Platonici posuerunt,[1] quia singularium non potest esse aliquod principium nisi singulare; universale enim principium est effectus universaliter accepti, ut homo hominis.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* VII, 13 [1038b 6-8]; XII, 1 [1069a 26-28]; Averroes, *In Meta.,* XII, *com.* 3 [292D].

[193] *In* XII *Meta.,* 5 [C 2493]

Ex quo consequenter concludit, quod nihil prodest opinio Platonis ponentis substantias sempiternas, quae est insufficiens ad sustinendum sempiternitatem motus. Non enim ad hoc sustinendum prodest, si fingamus aliquas substantias separatas sempiternas, nisi in eis sit aliquod principium habens potentiam ad transmutandum, quod non videtur convenire speciebus. Species enim nihil aliud ponebant quam universalia separata: universalia autem, inquantum hujusmodi, non movent. Nam omne principium activum vel motivum est aliquod singulare, ut supra dictum est. Sic igitur nec species sunt sufficientes ad sempiternitatem motus servandam, nec alia substantia separata praeter species, sicut quidam posuerunt mathematica separata: quia nec etiam mathematica, inquantum hujusmodi, sunt principia motus. Et si non sit aliqua substantia sempiterna agens, non est motus sempiternus; quia motus principium est aliqua substantia sempiterna movens et agens.

Source: Ideas and *mathematica* are separate: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18], They arc immobile and the cause of immobility: Aristotle, *Meta.,* I, 7 [988b 3-4],

1194] *In* XII *Meta.,* 6 [C 2504]
Secundo ibi 'propter quod'

Ostendit quomodo huic rationi quidam physici consenserunt. Dicit ergo, quod propter hanc rationem quidam philosophi posuerunt semper actum existentem, scilicet Leucippus socius Democriti, et Plato. Dixerunt enim motum semper fuisse etiam ante mundum.[1] Secundum quidem Leucippum in atomis per se mobilibus, ex quibus ponebat mundum constitui. Secundum Platonem vero in elementis, quae dicebat ante constitutionem mundi mota fuisse motibus inordinatis, sed postea a Deo fuisse ea reducta ad ordinem.[2]

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *De Caelo,* I, 10 [280a 6-7]; III, 1-2 [300b 16 - 30ia 11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 311.32-33; 312.10-12]; Averroes, *In L. De Caelo,* III, *com.* 11 [188E-F].

[195] *In* XII *Meta.,* 6 [C 2505]
Sed nec Plato potest excusari, propter hoc, quod posuit principium motus esse aliquid movens seipsum, quod dicebat esse animam: sed anima secundum ipsum non fuit ante constitutionem mundi, sed fuit post illam inordinationem motus.[1] Fuit enim facta simul cum caelo, quod ponebat animatum.[2] Et sic anima non poterit esse principium illius motus inordinati.

Source: 1. *Littera,* but see *Source* under *In Sent.* [3].
2. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22]; III, 4 [CSEL 48, 209. 1-2]; IV, 6 [CSEL 48, 257. 9-10]; 7 [CSEL 48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].

1196] *In* XII *Meta.,* 6 [C 2507]
Et Leucippus et Plato, qui posuerunt semper motum fuisse.

Source: *Littera.*

[197] *In* XII *Meta.,* 6 [C 2514]
Ex hoc autem concludit quod si sic se habent motus caeli, quod ex eis potest causari perpetuitas generationis et corruptionis in istis inferioribus, non oportet quaerere aliqua alia principia, scilicet ideas, sicut Platonici posuerunt, vel amicitiam et litem, sicut posuit Empedocles: quia per hunc modum convenit assignare causam perpetuitatis generationis et corruptionis.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; 7 [988b 3-4],

1198] *In* XII *Meta.,* 7 [C 2525]
Et ne videatur incidere in opinionem Platonis, qui posuit primum principium rerum ipsum unum intelligibile, ostendit consequenter differentiam inter unum et simplex: et dicit, quod unum et simplex non idem significant, sed unum significat mensuram, ut in decimo ostensum est; simplex autem significat dispositionem, secundum quam aliquid aliqualiter se habet, quia videlicet non est ex pluribus constitutum.

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 16 [1040b 16-22]; X, 2 [1053b 9 - 1054a 19].

[199] *In* XII *Meta.,* 8 [C 2541]
Sed secundum Platonem, species intelligibiles rerum materialium erant per se subsistentes.1 Unde ponebat, quod intellectus noster fit intelligent actu per hoc quod attingit ad hujusmodi species separatas per se subsistentes.2 Sed secundum opinionem Aristotelis, intelligibiles species rerum materialium non sunt substantiae per se subsistentes.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* I, 9 [991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46; 'attingens' *[littera,* 1072b 21],

[200] *In* XII *Meta.,* 8 [C 2542]
Est tamen aliqua substantia intelligibilis per se subsistens, de qua nunc agit. Oportet enim esse primum movens substantiam intelligentcm et intelligibilem. Relinquitur igitur, quod talis est comparatio intellect iih primi mobilis ad illam primam intelligibilem substantiam moventem, qualis est secundum Platonicos comparatio intellectus nostri ad species intelligibiles separatas, secundum quarum contactum et participationem fit intellectus actu, ut ipse dicit. Unde intellectus primi mobili» fit intelligens in actu per contactum aliqualem primae substantiae intelligibilis.

Source: See *Source* 2 under *S.T.* [56]; also Themistius, *De An. Par.*\ l [CG V, 21.5-6].

[201] *In* XII *Meta.,* 10 [C 2567]
Sciendum est igitur circa primum, quod Plato caelestibus motibus attribuens indefectibiliter circularitatem et ordinationem, mathematica» suppositiones fecit, per quas suppositiones possent salvari quae t itea erraticas apparent, sustinendo, quod motus planetarum sunt circulate» et regulares ordinati.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 488.19-24; I'|'.'. 31 -493.5].

[202] *In* XII *Meta.,* 12 [C 2642]
Sed alii posuerunt materiam esse alterum contrariorum, et non aliquid praeter contraria. Sicut patet de illis, qui posuerunt ista contraria e»»e principia, inaequale et aequale, unum et multa. Attribuebant i nitii inaequalitatem et multitudinem materiae, aequalitatem et unitatem formae, sicut patet de opinione Platonis, licet philosophi naturale» posuerint contrarium. Sed hoc eorum dictum solvitur eodem modo; quia materia, quae una est, quasi commune subjectum contrariorum, nulli est contraria.

Source: See *Source* under *De Ver.* [5] ; *In Meta.* [25]

In libros Perihermenias Expositio

[1] *In Perih.,* 1, 2
Non enim potest esse quod significent immediate ipsas res, ut ex i|MW› modo significandi apparet: significat enim hoc nomen 'homo' natui am

humanam in abstractione a singularibus. Unde non potest esse quod siginificet immediate hominem singularem; unde Platonici posuerunt quod significaret ipsam ideam hominis separatam. Sed quia hoc secundum suam abstractionem non subsistit realiter secundum sententiam Aristotelis, sed est in solo intellectu; ideo necesse fuit Aristoteli dicere quod voces significant intellectus conceptiones immediate et eis mediantibus res.

Source: Boethius, *In L. De Interp., ed. sec.* [PL 64, 405-406].

[2] *In Perih.,* 1, 4

Quidam vero dixerunt, quod nomina non naturaliter significant quantum ad hoc, quod eorum significatio non est a natura, ut Aristoteles hic intendit; quantum vero ad hoc naturaliter significant quod eorum significatio congruit naturis rerum, ut Plato dixit. – Nec obstat, quod una res multis nominibus significatur: quia unius rei possunt esse multae similitudines; et similiter ex diversis proprietatibus possunt uni rei multa diversa nomina imponi.

Source: The context is a summary and simplification of the corresponding locus in Ammonius *(In L. De Interp.,* 2 [CG IV, 34. 10 - 37.27]) where the *Cratylus* of Plato is referred to.

[3] *In Perih.,* 1, 6

...excludit quemdam errorem. Fuerunt enim aliqui dicentes quod oratio et eius partes significant naturaliter, non ad placitum. Ad probandum autem hoc utebantur tali ratione. Virtutis naturalis oportet esse naturalia instrumenta: quia natura non deficit in necessariis; potentia autem interpretativa est naturalis homini: ergo instrumenta ejus sunt naturalia. Instrumentum autem eius est oratio, quia per orationem virtus interpretativa interpretatur mentis conceptum: hoc enim dicimus instrumentum, quo agens operatur. Ergo oratio est aliquid naturale, non ex institutione humana significans, sed naturaliter.

Huic autem rationi, quae dicitur esse Platonis in lib. qui intitulatur Cratylus, Aristoteles obviando dicit quod omnis oratio est significativa, non sicut instrumentum virtutis, scilicet naturalis: quia instrumenta naturalia virtutis interpretativae sunt guttur et pulmo, quibus formatur vox et lingua et dentes et labia, quibus literati soni ac articulati soni distinguuntur; oratio autem et partes ejus sunt sicut effectus virtutis interpretativae per instrumenta praedicta.

Source: Aristotle in the *littera* says simply *où%* *dÇavov aé* Ammonius *(In L. De Interp.,* 4 [CG IV, 62.20 sq.]) and Boethius *(In L. De Interp., ed. sec.* [PL 64, 440-441]) ; *ed. pr.* [PL 64, 313]) both state that Aristotle is referring to an argument based on the idea of a 'natural instrument.' Both elaborate the argument which St. Thomas repeats, but only Boethius attributes it to the *Cratylus* of Plato. 'Plato vero in eo libro qui inscribitur Cratylus....' [PL 64, 440].

[4] *In Perih.,* 1, 10

Quando autem denominatur res ab eo quod est commune sibi et multis aliis, nomen huiusmodi dicitur significare universale; quia scilicet nomen significat naturam sive dispositionem aliquam, quae est communis multis. Quia igitur hanc divisionem dedit de rebus non absolute

secundum quod sunt extra animam, sed secundum quod referuntur ad intellectum, non definivit universale et singulare secundum aliquid quod pertinet ad rem, puta si diceret quod universale extra animam, quod pertinet ad opinionem Platonis, sed per actum animae intellectivae, quod est praedicari de multis vel de uno solo.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].

[5] *In Perih.,* 1, 10
...et propter hoc Philosophus dicit in VII Metaphys. quod si essent species rerum separatae, sicut posuit Plato, essent individua.

Source: Aristotle, *Meta.,* VII, 14 [1039a 32]; 15 [1040a 8-9].

[6] *In Perih.,* 1, 10
Est autem considerandum quod de universali aliquid enunciatur quatuor modis. Nam universale potest uno modo considerari quasi separatum a singularibus, sive per se subsistens, ut Plato posuit, sive, secundum sententiam Aristotelis, secundum esse quod habet in intellectu.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].

[7] *In Perih.,* 1, 11
Quod enim primo dicitur quod materia secundum se sumpta sumitur pro peiori, verum est secundum sententiam Platonis, qui non distinguebat privationem a materia, non autem est verum secundum Aristotelem, qui dicit in lib. I Physic, quod malum et turpe et alia hujusmodi ad defectum pertinentia non dicuntur de materia nisi per accidens. Et ideo non oportet quod indefinita semper stet pro peiori...

Source: Aristotle, *Phy.,* I, 9 [192a 2-6].

[8] *In Perih.,* 1, 14
Sed hanc rationem solvit Aristoteles in VI Metaphysicae interimens utramque propositionum assumptarum. Dicit enim quod non omne quod fit habet causam, sed solum illud quod est per se. Sed illud quod est per accidens non habet causam; quia proprie non est ens, sed magis ordinatur cum non ente, ut etiam Plato dixit.

Source: Aristotle, *Meta.,* VI, 2 [1026b 14-22].

In libros de Anima Aristotelis Expositio

[1] *In* I *De An.,* 1 [P 12-13]
Nam aliqui quaerentes de anima videntur intendere solum de anima humana. Et quia apud antiquos philosophos erat duplex opinio de anima. Platonici enim, qui ponebant universalia separata,[1] scilicet quod essent formae et ideae,[2] et erant causae rebus particularibus cognitionis[3] et esse,[1] volebant quod esset quaedam anima separata per se, quae esset causa et idea animabus particularibus; et quod quicquid invenitur in eis, derivetur ab illa.[5] Naturales autem philosophi volebant, quod non essent substantiae universales nisi particulares tantum, et quod universalia nihil sint in rerum natura. Et propter hoc est quaestio, utrum sit quaerenda solum una communis ratio animae, sicut dicebant platonici: vel hujus vel illius animae, sicut dicebant naturales, scilicet ut animae equi, vel hominis, aut Dei. Et dicit 'Dei' quia credebant corpora caelestia esse Deos, et dicebant ea esse animata.

Aristoteles autem vult quod quaeratur ratio utriusque: et communis animae, et cujuslibet speciei. Quod autem circa hoc dicit 'animal autem universale, aut nihil est, aut posterius:' sciendum est, quod de animali universali possumus loqui dupliciter: quia aut secundum quod est universale, quod scilicet est unum in multis aut de multis: aut secundum quod est animal: et hoc, vel secundum quod in rerum natura, vel secundum quod est in intellectu. Secundum autem quod est in rerum natura, Plato voluit animal universale aliquid esse, et esse prius particulari; quia, ut dictum est, posuit universalia separata et ideas. Aristoteles autem vult quod ut sic, nihil est in rerum natura. Et si aliquid est, dixit illud esse posterius. Si autem accipiamus naturam animalis non secundum quod subjacet intentioni universalitatis, sic aliquid est, et prius, sicut quod est in potentia, prius est quam id quod est actu.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33].
2. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-14],
3. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-8]; 9 [991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 9-10] ; 9 [990a 34 - 991b 2; 991a 13-14; 991b 2-3],
5. Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E-181I] ; Themistius, *De An. Par.,* 2 [CG V, 25.38 - 27.7],

[2] *In* I *De An.,* 1 [P 14]

Tangit difficultates, quae emergunt circa potentias animae. In anima enim sunt partes potentiales, scilicet intellectivum, sensitivum et vegetativum. Est ergo quaestio, utrum hae sint diversae animae, sicut platonici volebant, et etiam ponebant: an sint partes potentiales animae.

Source: Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F]; Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32-94.3],

[3] *In* I *De An.,* 2 [P 16]

Dicit ergo primo, quod dubitatio est circa passiones animae, et operationes, utrum scilicet essent animae propriae sine communicatione corporis, ut Platoni videbatur: vel nulla sit propria animae, sed omnes sint communes corporis et compositi.

Source: Nemesius, *De Nat. Horn.,* 6 [PG 40, 637] ; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788] ; St. Augustine, *De Genesi ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475].

[4] *In* I *De An.,* 2 [P 18]

Si quis tamen recte consideret, non videtur proprium animae intelligere. Cum enim intelligere, vel sit phantasia, ut platonici ponebant, aut non sit sine phantasia: (fuerunt enim quidam sicut antiqui naturales qui dicebant, quod intellectus non differebat a sensu, et si hoc esset, tunc intellectus in nullo differret a phantasia; et ideo platonici moti sunt ad ponendum intellectum esse phantasiam). Cum ergo phantasia indigeat corpore, dicebant quod intelligere non est proprium animae, sed commune animae et corpori. Si autem detur, quod intellectus non sit phantasia, nihilominus tamen non est intelligere sine phantasia. Restat igitur quod intelligere non est proprium animae, cum phantasia indigeat corpore. Non ergo contingit hoc, scilicet intelligere, esse sine corpore.

Source: I have been unable to find a proper source for this doctrine. Themistius says *{De An. Par., V* [CG V, 90.29]) that Plato described *tpavtaala* as a combination of sense and opinion.

[5] *In* I *De An.,* 4 [P 46-47]
Secundo cum dicit 'eodem autem'

Ponit opinionem Platonis, dicens quod Plato etiam facit animam ex elementis, idest dicit animam ex principiis constitutam esse. Et quod hoc sit verum, scilicet quod Plato dicat animam compositam ex principiis rerum, probat per triplex dictum Platonis. Primum est, quod ipse dicit in Timaeo. Ibi enim dicit duo esse elementa seu principia rerum, scilicet idem et diversum. Quaedam enim natura est, quae semper eodem modo se habet, et est simplex, sicut sunt immaterialia; et hanc naturam vocat idem. Quaedam vero natura est, quae non semper eodem modo se habet, sed transmutationem suscipit et divisionem, sicut sunt materialia, et hanc vocat diversum. Et ex istis duobus, scilicet ex eodem et diverso, animam dicit esse compositam: non quod sint ista duo in anima ut partes, sed quod sunt quasi media, et quod natura rationalis animae superioribus et omnino immaterialibus sit inferior et deterior, et materialibus et inferioribus sit nobilior et superior.

Et ratio hujus erat, sicut dictum est, simile cognoscitur simili: unde si anima cognosceret omnia, et idem et diversum sunt principia, ponebat animam esse ex istis duobus compositam eo modo quo dictum est, ut inquantum habet de natura identitatis, cognosceret ea quae ponit idem; inquantum vero de natura eorum quae vocat diversum, cognosceret diversum, scilicet materialia. Unde et hac cognitione utitur. Nam quando colligit genera et species, time dicit eam repraesentare idem, seu identitatem. Quando vero differentias et accidentia assumit, alteritatem adinvenit. Sic ergo patet quomodo Plato in Timaeo dicit animam ex principio componi.

Source: St. Thomas rearranges and condenses the information supplied by Themistius *{De An. Par.,* I [CG V, 10.23-11.18]).

[6] *In* I *De An.,* 4 [P 48-50]
Secundum dictum Platonis, per quod ostenditur, quod dixit animam ex principiis esse, ponitur cum dicit 'similiter autem'

Ubi ostendit animam esse ex principiis similiter. Circa quod sciendum est quod Plato posuit, quod intelligibilia essent per se substantia et separata, et essent semper in actu, et essent causa cognitionis et esse rebus sensibilibus.[1] Quod Aristoteles tamquam inconveniens volens evitare, coactus est ponere intellectum agentem. Unde sequebatur ex positione Platonis, quod secundum quod aliqua sunt abstracta per intellectum, sic essent aliqua, quae essent per se subsistentia et in actu.[2] Habemus autem duplicem modum abstractionis per intellectum: unum qui est a particularibus ad universalia; alium per quem abstrahimus mathematica a sensibilibus. Et sic cogebatur ex hoc ponere tria subsistentia, scilicet sensibilia, mathematica et universalia, quae essent causa, ex quorum participatione, res etiam sensibiles et mathematicae essent.[3]

Item ponebat Plato numeros esse causam rerum:[4] et hoc faciebat, quia nescivit distinguere inter unum quod convertitur cum ente, et unum quod est principium numeri, prout est species quantitatis.[5] Ex quo sequebatur, quod cum universale separatum poneret causam rerum,

ct numeros esse substantiam rerum, quod hujusmodi universalia essent ex numeris.[6] Dicebat enim quod principia omnium entium essent species et numerus specificus, quem vocabat specificum tamquam compositum ex speciebus.[7] Nam et ipsum numerum reducebat, tamquam in principia et elementa, in unum et dualitatem.[8]*Nam cum ex uno nihil procederet, ideo necessaria fuit ipsi uni aliqua subiecta natura, a qua multitudo produceretur: et hanc vocavit dualitatem.[8]

Et secundum ordinem materialitatis ordinabat illa tria. Quia enim sensibilia sunt magis materialia quam mathematica, et universalia immaterialiora mathematicis: ideo primo posuit sensibilia, supra quae posuit mathematica, et supra haec, universalia separata et ideas: quae differunt a mathematicis: quia in mathematicis in una specie sunt aliqua quae differunt secundum numerum, sed in ideis et substantiis separatis non inveniuntur aliqua unius speciei quae differant numero: unius enim speciei unam posuit ideam.[10]*Quas ideas dicit esse ex numeris, et secundum numeros in eis esse rationes rerum sensibilium, quae quidem constant ex longitudine, latitudine et profunditate. Et ideo dixit ideam longitudinis esse primam dualitatem, longitudo enim est ab uno ad unum, scilicet de puncto ad punctum. Latitudinis autem primam trinitatem, nam figura triangularis est prima superficialium figurarum. Profunditatis autem quae continet longitudinem et latitudinem, ideam dixit esse primam quaternitatem: prima enim figura corporum est pyramis, quae quatuor angulis consistit:[11] unde, cum Plato poneret animam sensibilem, posuit animam separatam, quae esset causa ejus; et hanc,[12] sicut alia separata et ideas, dixit esse ex numeris' scilicet ex unitate et dualitate quae ponebat principia rerum.[13]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; 9 [990a 34 - 991b 2; 991a 12-14; 991b 2-3]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25. 15 - 26.15].
3. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18].
4. *Ibid.* [987b 24],
5. See *Source* under *S.T.* [5].
6. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-25].
7. Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.25-27],
8. *Ibid.* [11.28-30].
9. *Ibid.* [12.16-18]; Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-22; 25-27],
10. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18; 27-29].
11. Themistius, *op.cil.* [11.30-37].
12. This seems to be a conclusion from the general principles of separation in Plato's theory ('sicut alia separata et ideas').
13. This is simply the *littera* read in the light of Themistius' comment [see above 7; 8; 11].

[7] *In* I *De An.,* 4 [P 51-52]
Tertio cum dicit 'adhuc autem'

Ponit tertium dictum Platonis, per quod apparet quod ipse dixerat animam compositam ex principiis. Plato enim posuit numeros, sicut dictum est, species et principia rerum i[1] unde, cum loqueretur de anima,

posuit cam secundum hoc venire in cognitionem entium, quod erat composita ex principiis, scilicet ex numeris, et omnes operationes ejus ab eis procedere. Invenimus enim in anima diversas potentias ad apprehensionem entium; scilicet intellectum, scientiam, opinionem et sensum. Dicit ergo animam habere intellectum et ejus operationem ex idea unius, quia scilicet est in una natura unitatis; intellectus enim una apprehensione apprehendit unum. Item scientiam ex prima dualitate; scientia enim est ab uno ad unum, scilicet de principiis ad conclusionem. Opinionem vero ex prima trinitate: opinio enim est de uno ad duo, est enim de principiis ad conclusionem cum formidine alterius; et sic sunt ibi tria; principium, et duae conclusiones, una conclusa et alia formidata. Sensum autem habet anima a prima quaternitate: est enim quaternitas prima, idea corporis, quod consistit ex quatuor angulis, ut dictum est: sensus autem corporum est. Cum ergo res omnes cognoscantur istis quatuor, scilicet intellectu, scientia, opinione et sensu, et has potentias dicit habere animam secundum quod participat naturam unitatis, dualitatis, ternarii et quaternarii, manifestum est, quod dixit animam separatam, quam posuit ideam hujus animae, compositam ex numeris, qui sunt principia et elementa rerum. Et sic patet, quod Plato dixit animam esse compositam ex principiis.2

Consequenter cum dicit 'Quoniam autem'

Ponit quod quidam philosophi definierunt et venerunt in cognitionem animae ex motu et sensu simul, seu cognitione, dicens: quia anima videbatur eis esse motiva per se et cognoscitiva, complexi sunt ista duo, et definierunt animam ex utrisque, scilicet motu et cognitione, dicentes, quod anima est numerus movens seipsum. Per numerum quidem insinuantes potentiam cognoscitivam, quia, secundum quod suprapositum est, ex hoc dicebant habere animam vim cognoscitivam rerum, quod participabat naturam numeri specifici, quod erat de opinione Platonis: per movere autem seipsam, insinuantes potentiam motivam in anima.

Source: *1. Littera:* 'Numeri quidem enim species et principia rerum' [404b 24-25].
2. *Littera* and Themistius *(De An. Par.,* I [CG V, 12.5-27]).

[8] *In* I *De An.,* 5 [P 54]

Differunt autem de principiis quantum ad duo. Primo quantum ad substantiam principiorum, 'quae' scilicet sint, et quantum ad numerum, 'quot' scilicet sint. Quantum autem ad substantiam quidem, quia quidam ponebant principia corporalia: illi scilicet qui posuerunt ignem, aut aquam aut aerem: quidam vero incorporalia et immaterialia, sicut qui posuerunt numeros et ideas: quidam vero miscentes utraque, sicut platonici, qui posuerunt principia sensibilia1 et separata.2 Circa numerum vero, seu multitudinem differunt: quia quidam posuerunt tantum unum primum principium, sicut Heraclitus, qui posuit aerem, et alius ignem: quidam vero dicunt plura prima principia, sicut Empedocles qui posuit quatuor elementa. Et secundum has suppositiones de principiis consequenter assignant animam his principiis; quia qui ponebant principia materialia, dixerunt animam ex ipsis componi, sicut Empedocles; et similiter hi, qui ponebant immaterialia: sicut Plato.2 Omnes autem existimaverunt animam esse id quod maxime motivum est.

Source: 1. Aristotle, *De Caelo,* III [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21 - 566.16]; Averroes, *In Meta.,* I, *com.* 37 [22F].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18],

[9] *In* I *De An.,* 6 [P 85]
Ad hoc obviant Platonici, dicentes, quod anima non movetur a sensibilibus, sed occurrunt motui animae, inquantum anima discurrit per ea. Sed hoc est falsum; quia sicut Aristoteles probat, intellectus possibilis reducitur per ipsa, scilicet per species rerum sensibilium, in actum; et ideo oportet quod moveatur ab eis hoc modo.

Source: Themistius presents this alternative without expressly identifying the Platonists *{De An. Par.,* I [CG V, 17.30]). The identification, however, is obvious: see *Source* under *In Sent.* [36].

[10] *In* I *De An.,* 7 [P91]
Ponit opinionem Platonis. Et circa hoc duo facit. Primo enim ponit opinionem Platonis. Secundo reprobat eam, ibi, 'Primum quidem igitur etc? Circa primum duo facit. Primo ostendit similitudinem opinionis Platonicae ad opinionem Democriti. Secundo explicat opinionem Platonis de anima, ibi, 'Constitutam autem ex elementis etc? Dicit ergo primo, quod sicut Democritus posuit corpus moveri ab anima inquantum anima conjuncta ipsi movetur? ita et Timaeus qui introducitur a Platone loquens, assignat rationem qualiter anima movet corpus. Dicit enim, quod anima movet corpus inquantum ipsa movetur, propter hoc quod anima conjuncta est corpori per modum cujusdam colligationis?

Source: 1. *Littera.*
2. *Littera* [406b 27-28]: 'propterea quod cum eo connexa est? Cf. Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 19.19].

[11] *In* I *De An.,* 7 [P 92]
Deinde cum dicit 'constitutam autem'
Explicat opinionem Platonis. Et primo exprimit constitutionem substantiae ipsius. Secundo exponit quomodo ex ea procedit motus, ibi, 'Aspectum rectum in circulum reflexit? Circa primum sciendum est, quod Plato haec verba, quae hic ponuntur, in Timaeo prosequitur loquens de anima mundi, quam imitantur, secundum ipsum, inferiores animae. Et ideo per hoc quod hic tangitur de natura animae mundi, tangitur quodammodo natura omnis animae? Sciendum est igitur, quod sicut supra dictum est, Plato posuit substantiam omnium rerum esse numerum? ratione superius dicta. Elementa autem numeri ponebat unum quasi formale, et duo quasi materiale? Ex uno enim et duobus omnes numeri constituuntur. Et quia impar numerus quodammodo retinet aliquid de indivisione unitatis, posuit duo elementa numeri, par et impar; et impari attribuit identitatem et finitatem, pari autem attribuit alteritatem et infinitatem?

Source: 1. Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 20.8-16],
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].
3. *Ibid.* [987b 20-22].
4. Boethius, *De Arith.,* II, 32 [PL 63, 1139].

[12] *In* I *De An.,* 7 [1˚93]
Cujus signum tangitur in tertio Physicorum; quia si supra unitatem impares numeri per ordinem adduntur, semper producitur eadem figura numeralis. Puta, si supra unum addantur tria, qui est primus impar consurgunt ipsum quatuor, qui est numerus quadratus: quibus rursus si addatur secundus impar, scilicet quinarius, consurgit novenarius, qui item est numerus quadratus, et sic semper in infinitum. Sed in numeris paribus semper surgit alia et alia figura. Si enim unitati addatur binarius, qui est primus par, consurgit ternarius, qui est numerus triangularis; quibus si rursus addatur quaternarius, qui est secundus par, consurgit septenarius, qui est septangulae figurae, et sic in infinitum. Sic ergo Plato ponebat idem et diversum esse elementa omnium rerum, quorum unum attribuebat numero impari, aliud vero numero pari.

Source: Averroes, *In Phy.,* Ill, *com.* 26 [Z 93D],

[13] *In* I *De An.,* 7 [P 94]
Quia vero substantiam animae ponebat mediam inter substantias superiores, quae semper eodem modo se habent, et substantias corporeas in quibus alteritas et motus invenitur: posuit animam constare ex his elementis, scilicet ex eodem et diverso, et ex numeris paribus et imparibus. Medium enim debet esse affine utrique extremorum. Et ideo dicit, quod posuit eam constitutam ex elementis.

Source: Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 10.25; 12.23-27].

[14] *In* I *De An.,* 7 [P 96]
Licet autem Plato posuerit res omnes ex numeris constitui, non tamen ex numeris habentibus proportiones harmonicas: sed animam posuit esse constitutam secundum numeros habentes hujusmodi proportiones. Et ideo dicit, quod posuit eam 'dispartitam,' idest quasi dispensatam, 'secundum harmonicos numeros,' idest secundum numeros proportionates adinvicem secundum musicam proportionem. Posuit enim ex his numeris animam constitutam, scilicet ex uno, duobus, tribus, quatuor, octo, novem, vigintiseptem, in quibus hujusmodi proportiones inveniuntur.

Source: *Littera* and Averroes *(In De An.,* I, *com.* 45 [23V]) who lists the same numbers.

[15] *In* I *De An.,* 7 [P 97-98]
Duplici autem ex causa animam posuit constitutam ex numeris harmonicis. Una est, quia unumquodque delectatur in eo quod est sibi simile et connaturale. Videmus autem quod anima delectatur in omnibus harmonizatis, et offenditur ex his quae sunt praeter debitam harmoniam, tam in sonis quam in coloribus, quam etiam in quibuscumque sensibilibus: unde videtur harmonia de natura animae esse. Et hoc est quod dicit 'Anima habet sensum,' idest cognitionem 'connaturalem harmoniae.'[1]

Alia ratio est, quia Pythagorici et Platonici posuerunt ex motibus caelorum provenire sonos optime harmonizatos; et quia motus caelestes ponebant esse ab anima mundi, posuerunt animam esse ex numeris harmonicis, ut posset causare motus harmonizatos. Et hoc est quod dicit: 'Et ut omne,' idest universum 'feratur secundum consonantes motus.'[2]

Source: 1. Averroes, *In De An.,* 1, *corn.* 45 [24vD]; Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 20.17-18].
2. Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 1-2 [E 571-581]; Themistius, *loe. cit.*

[16] *In I De An.,* 7 [P 102]

Sciendum autem est, quod Plato ea quae inveniebantur in natura magis composita, dicebat provenire ex proprietate naturae magis simplicis, sicut consonantias sonorum ex proportionibus numerorum.[1] Substantiam autem animae ponebat mediam inter numeros, qui sunt maxime abstracti, et inter substantiam sensibilem; et ideo proprietates animae deducebat ex proprietatibus praedictis numerorum.[2] Nam in anima est considerare primo aspectum rectum,^secundum quod aspicit directe ad suum objectum; et postea reditur in'circulum inquantum intellectus reflectit se supra seipsum. Invenitur etiam in anima intellectiva quasi circulus parium et imparium, inquantum cognoscit ea quae sunt ejusdem, et quae sunt diversae naturae; et hoc ulterius protenditur usque ad substantiam sensibilem caeli, quam anima movet.

Source: 1. This seems to be an interpretation of Plato's procedure.
2. Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 12.23-27],

[17] *In* I *De An.,* 8 [P 107-108]

Posita opinione Platonis, hic Aristoteles reprobat eam. Ubi notandum est, quod plerumque quando reprobat opiniones Platonis, non reprobat eas quantum ad intentionem Platonis, sed quantum ad sonum verborum ejus. Quod ideo facit, quia Plato habuit malum modum docendi. Omnia enim figurate dicit, et per symbola docet: intendens aliud per verba, quam sonent ipsa verba; sicut quod dixit animam esse circulum. Et ideo ne aliquis propter ipsa verba incidat in errorem, Aristoteles disputat contra eum quantum ad id quod verba ejus sonant.

Ponit autem Aristoteles rationes decem ad destruendum suprapositam opinionem: quarum quaedam sunt contra eum, et quaedam contra verba ejus. Non enim Plato voluit, quod secundum veritatem intellectus esset magnitudo quantitativa, seu circulus, et motus circularis; sed metaphorice hoc attribuit intellectui. Nihilominus tamen Aristoteles, ne aliquis ex hoc erret, disputat contra eum secundum quod verba sonant.

Source: Themistius *[De An. Par.,* CG V] states: (1) Aristode argues against Timaeus, not against Plato, for he certainly did not hold that the soul was corporeal [19.21-24] ; (2) Timaeus may or may not think the 'circle' to be a body, in either case he is accountable, either for the doctrine or the expression, for those who do not know how to decide in philosophy [19.24-28]; (3) It is inconsistent for Timaeus to hold that the soul is a body [20.21 - 21.4]. On Plato's style see Simplicius, *In L. De Caelo,* II; III [CG VII, 370.15-16; 640.27-32; 646.10-13]; *In Cat., Prooem.* [CG VIII, 6. 28-32].

[18] *In* I *De An.,* 8 [P 109]

Primo ergo Aristoteles circa primam rationem, manifestat de qua anima Plato intellexit, scilicet de anima universi.[1] 'Et hanc' scilicet animam, 'quae est omnis,' idest universi, vult esse intellectivam tantum.[2] Non

enim est vegetabilis, quia non indiget nutrimento:[3] nec est sensibilis, quia caret organo:[4] nec est desiderativa, quia desiderativa consequitur sensitivam. Et dixit ideo animam universi non esse sensibilem neque desiderativam, quia ipse voluit quod motus animae universi esset circularis. Unde cum motus harum, scilicet sensibilis et desiderativae, non sit circularis[5] (non enim sensus reflectitur super seipsum, intellectus vero reflectitur super seipsum, homo enim intelligit se intelligere);[6] ideo dicit illam animam intellectivam tantum esse; et ideo dicit intellectum esse magnitudinem quamdam et circulum.[7]

Source: 1. *Littera*: Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 20.19-25].
2. *Littera*: Themistius, *ibid.* [20.19-22].
3. This seems to be a development of Themistius though not explicitly in his text.
4. *Littera*: Themistius, *ibid.* [20.22]. The explanation seems to be St. Thomas' own.
5. *Littera*: Themistius, *ibid.* [20.24-26].
6. This seems to be an interpretative explanation.
7. *Littera.*

[19] *In* I *De An.,* 8 [P 110]
Et hoc Aristoteles reprobat dicens, quod Plato non bene dixit animam esse magnitudinem.[1] Et quod locutus est de ea sicut de magnitudine circulari, dividens eam in duos circulos,[2] male fecit.

Source: 1. *Littera.*
2. Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 20.11-13],

[20] *In* I *De An.,* 8 [P 111]
Et quod male fecerit ostendit. In natura enim animae hoc est, ut judicium de aliqua potentia animae sumatur ex actu seu operatione ipsius potentiae, judicium vero operationis ex objecto: potentiae enim cognoscuntur per actus, actus vero per objecta: et inde est, quod in definitione potentiae ponitur ejus actus, et in definitione actus ponitur objectum. Constat autem quod res ab eo a quo habet esse et speciem, ab eo etiam habet unitatem. Si ergo intellectus sit et sortiatur speciem ab intelligibili, cum sit ejus objectum (dico intellectum in actu, cum nihil sit ante intelligere), manifestum est, quod si sit unus et continuus sicut Plato posuit, quod eodem modo intellectus erit unus et continuus, quo intelligibilia sunt unum et continuum; intellectus enim non est unus nisi sicut intelligentia, idest operatio ejus quae est intelligere, nec actus est unus nisi sicut objectum ejus est unum, quia actus distinguuntur penes objecta. Unde, cum objectum intellectus sint intelligibilia, haec autem, scilicet intelligibilia, non sunt unum ut magnitudo seu continuum, sed sicut numerus, eo quod consequenter se habeant, manifestum est, quod intellectus non est magnitudo, sicut Plato dicebat. Sed aut est impartibilis, sicut se habet ratio primorum terminorum, aut non est continuus sicut aliqua magnitudo, sed sicut numerus, inquantum unum post aliud intelligimus, et saepe plures terminantur in unum, sicut in syllogismis terminantur proportiones in conclusionem.

Source: The arguments and the illustrations [e.g., the example of the syllogism] are found in Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 20.27 - 21.3].

[21] *In* 1 *De An., 8* [P 112]
Secundam rationem ponit ibi 'qualiter autem'

Quae talis est. Posset aliquis dicere, quod Plato non posuit magnitudinem in intellectu propter multa intelligibilia; sed oportet quod sit in intellectu magnitudo etiam propter unumquodque intelligibflium.

Source: This seems to be St. Thomas' interpretation of the objection dealt with in the *littera.*

122] *In* I *De An.,* 8 [P 113]
Contra. Hoc non potest esse. Plato enim ponit, et opinatus est, quod intelligere non fiat per acceptionem specierum in intellectu, sed quod intellectus intelligat per quemdam contactum, inquantum scilicet occurrit et obviat speciebus intelligibilibus;l et istum contactum attribuit circulo, sicut supra dictum est. Quaero ergo a te, si intellectus est magnitudo, et intelligit secundum contactum, qualiter intelligat. Aut enim hoc quod intelligit, tangit secundum totum, aut secundum partem ejus: si secundum totum contingens intelligit totum, tunc partes non erunt necessariae, sed erunt frustra; et sic non est necesse, quod sit intellectus magnitudo et circulus. Si vero secundum partes contingens, intelligit partes, aut hoc erit secundum plures partes, aut secundum unam tantum: si secundum unam tantum, sic idem quod prius, quia aliae erunt superfluae, et sic non erit necessarium ponere intellectum habere partes. Si vero contingens secundum omnes partes, intelliget, aut hoc erit secundum partes punctales, aut secundum partes quanti, tativas: si secundum partes punctales, tunc, cum in qualibet magnitudine sint infinita puncta, oportet quod infinities tangat antequam in. telligat; et sic nunquam intelliget, cum non sit infinita pertransirc.s

Source: 1. Themistius, *De An. Par.,* Il [CG V, 21.5-6],
2. The argument is developed by Themistius, *ibid.* [21.6-11]

123] *In* I *De An.,* 8 [P 114]
Dicit autem 'partes punctales,' non quod velit magnitudinem in partes punctales dividi, sed disputat ad rationem Platonis, qui fuit hujus opinionis, quod corpus componeretur ex superficiebus, et superficies ex lineis, et linea ex punctis. Quod ipse improbat in sexto (in principio) Physicorum, ubi ostendit quod punctum additum puncto nihil addit.

Source: Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11; 300a 1]; *De Gen. et Cor.,* I, 2 [315b 24 - 316a 4]; *Phy.,* IV, 2 [209b 6-13]; VI, 1 [231a 21 - 232a 16].

124] *In* I *De An.,* 8 [P 115]
Si vero intelligit contingens secundum partes quantitativas, tunc, cum quaelibet pars dividatur in multas partes, sequitur, quod multoties intelligat idem. Item cum omnis quantitas sit divisibilis in infinitum secundum eamdem proportionem, et non secundum eamdem quantitatem, sequitur quod infinities intelligat, quod est inconveniens. Videtur ergo quod non contingat nisi semel; et sic nullo modo debet attribui intellectui magnitudo, neque quantum ad multa intelligibilia, neque quantum ad unum.

Source: Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 21.11-12].

|25] *In* I *De An.,* 8 [P 117]
Tertiam rationem ponit cum dicit 'amplius quomodo'

Quae lalis est. Constat quod si nos ponimus intellectum impartibilcm, de facili patebit ratio, quomodo intclligat impartibile et partibile: quia impartibile intelliget secundum proprietatem suae naturae, eo quod impartibilis est, ut dictum est; partibile vero intelliget abstrahendo a partibili. Sed si intellectus ponatur partibilis secundum quod Plato vult, impossibile erit invenire rationem quomodo intelligit impartibile. Et sic videtur, quod inconvenienter Plato ponat intellectum esse magnitudinem seu partibilem.

Source: Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 21.24 - 22.15].

[26] *In* I *De An.,* 8 [P 122]
Supra enim probatum est, quod si intellectus est circulus, sicut Plato posuit, intelligentia erit circulatio;...

Source: See *Source* under *In De An.* [18].

[27] *In* I *De An.,* 8 [P 127]
Septimam rationem ponit cum dicit 'at vero'

Quae talis est. Constat quod beatitudo animae est in intelligendo: sed beatitudo non potest esse in eo quod est violentum et praeter naturam, cum sit perfectio et finis ultimus animae: ergo, cum motus non sit secundum naturam et secundum substantiam animae, sed praeter naturam ejus, impossibile est quod intelligere, quod est operatio animae et in quo est beatitudo animae, sit motus, ut Plato dicebat. Quod autem motus sit praeter naturam animae, patet ex positione Platonis. Ipse enim dixit animam componi ex numeris,[1] et postea dixit eam dispartitam in duos circulos,[2] et reflexit in septimo :[3] et ex hoc sequitur motus ? ex quo apparet, quod motus non inest ei naturaliter, sed per accidens?

Source: 1. See *In De An.* [6] and *Source.*
2. Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 20.11-13]; Aristotle, *De An.,* I, 3 [406b 29],
3. Aristotle, *De An.,* I, 3 [406b 29 - 407a 2].
4. Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 22.26-27; 33-35; 23. 14-20]. Themistius develops the general argument.

[28] *In* I *De An.,* 8 [P 128]
Octavam rationem ponit cum dicit 'laboriosum autem'

Quae talis est: videtur quod secundum opinionem Platonis, anima de sua natura non sit unita corpori. Nam ipse posuit eam primo compositam ex elementis, et postea complexam et adunatam corpori, et inde non posse recedere cum vult. Inde sic. Quandocumque est aliquid unitum contra naturam suam alicui, et non potest inde cum vult recedere, ei est poenale: et quandocumque aliquid in unione ad aliud deterioratur, est fugiendum et nocivum. Sed anima unitur corpori contra naturam suam, ut dictum est, nec potest inde recedere cum vult, nec non et deterioratur in unione ad corpus, sicut consuetum est dici a platonicis et multis ex eis. Videtur ergo quod animae poenale est et fugiendum, esse cum corpore. Non ergo conveniens est dictum Platonis, scilicet quod anima composita ex elementis, primo commisceatur corpori.

Source: *Littera-,* Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 23.8-20],

12$)] *In* I *De An.,* 8 |P 129]

Nonam rationem ponit cum elicit 'immanifesta autem'

Quae talis est. Plato loquitur de anima universi, et dicit eam moveri circularitcr: sed secundum opinionem suam causa quare caelum movetur circularitcr est immanifesta, idest non assignatur. Si enim caelum movetur circularitcr, aut ergo hoc erit propter principia naturaliter, aut propter finem. Si dicatur quod naturaliter propter principia, aut erit propter naturam animae, aut propter naturam corporis caelestis. Sed non est propter naturam animae, quia moveri circulariter non inest animae secundum substantiam suam, sed per accidens, quia, ut dictum est, anima movetur per se et secundum suam substantiam motu recto, et deinde aspectum rectum reflexit in circulos. Nec etiam propter naturam ipsius corporis caelestis, quia corpus non est causa motus animae, sed anima est magis corpori causa quod moveatur. Si autem dicatur quod propter finem, non potest assignari aliquis finis determinatus secundum eum, cum quaeritur quare sic movetur, et non alio motu, nisi quod sic Deus voluerit eum moveri. Sed Deus propter aliquam causam dignatus est caelum potius moveri quam manere, et moveri sic, idest circulariter, quam alio motu, quam causam Plato non assignat. Sed quia hanc assignare est magis proprium 'aliis rationibus,' idest in alio tractatu, scilicet in libro de Caelo, ideo dimittamus ipsam ad praesens.

Source: This is a combination of the *littera* with the comment of Themistius, *De An. Par.,* Il [CG V, 23.13-23].

[30] *In* I *De An.,* 8 [P 130-131]

Decimam rationem ponit cum dicit 'illud autem'

Quae non solum est contra Platonem, sed etiam contra multos alios; et ducens est ad inconvenientia, et ostendens eorum positiones deficientes. Quae talis est. Constat quod inter movens et motum est aliqua proportio, et inter agens et patiens, et inter formam et materiam. Non similiter enim quaelibet forma cuilibet corpori convenit et unitur, neque omne agens agit in omne patiens. Neque quodlibet movens movet quodlibet motum, sed oportet quod sit inter ea aliqua communicatio et proportio, ex qua hoc sit aptum natum movere, illud vero moveri. Patet autem quod isti philosophi posuerunt animam esse in corpore, et movere corpus: cum ergo loquantur de ipsa natura animae, videtur etiam necessarium, quod aliquid dixissent de natura corporis, propter quam causam uniatur corpori, et quomodo se habeat corpus ad eam, et quomodo comparatur corpus ad animam. Non ergo sufficienter determinant de anima dum conantur dicere solum quale quid sit anima, et negligunt ostendere quale quid sit corpus suscipiens ipsam.

...Sicergo Plato et alii philosophi loquentes tantum de animae natura, insufficienter dixerunt, non determinantes quod sit corpus conveniens cuilibet animae, et qualiter et quale existens uniatur sibi.

Source: Mainly the *littera* but with some dependence on Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 23.23 - 24.12].

131] *In* I *De An.,* 9 [P 132]

Postquam Philosophus reprobavit opinionem Platonis, hic consequenter reprobat quamdam aliam opinionem conformem opinioni Platonis quantum ad aliquid. Fuerunt enim quidam, qui dixerunt quod anima

erat harmonia: ct isti concordaverunt cum Platone in hoc, quod Plato dixit quod anima erat composita ex numeris harmonicis, hi vero quod erat harmonia. Sed differebant in hoc, quod Plato dixit quod anima erat harmonia numerorum, hi vero dixerunt, quod harmonia tam compositorum quam mixtorum, vel contrariorum, erat anima.

Source: Reference to Plato is not repeated in the *littera;* St. Thomas repeats the attribution from *Lectio* 7 [94-96] and from Aristotle, *De An.,* I, 3 [406b 28-32].

[32] *In* I *De An., 9* [P 145]
Concludit et epilogat, quod anima non movetur circulariter, sicut Plato dixit.

Source: Aristotle, *De An.,* I, 3 [406b 33 - 407a 2].

[33] *In* I *De An.,* 10 [P 148]
Illi enim, et maxime Platonici, opinati sunt, quod tristari, gaudere, irasci, sentire, et intelligere, et hujusmodi quae dicta sunt, sint motus animae. Et quod quodlibet illorum, etiam intelligere, fiat per organum determinatum, et quantum ad hoc non sit differentia inter sensitivam et intellectivam, et quod omnis anima, non solum intellectiva, sit incorruptibilis.

Source: Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 37.2-9]; *littera.* See *Source* under *In Sent.* [36].

[34] *In II De An.,* 2 [P 243]
Et quia Plato ponebat quod anima est actus corporis non sicut forma, sed sicut motor, subjungit quod hoc nondum est manifestum, si anima sic sit actus corporis sicut nauta est actus navis, scilicet ut motor tantum.

Source: Plato is not mentioned in the *littera* [B 413a 8-10]; 'Amplius autem immanifestum si corporis actus anima, sicut nauta navis.' See *Source* under *In Sent.* [36].

[35] *In* II *De An.,* 5 [P 295]
Deinde cum dicit 'manifestum igitur'

Ostendit qualiter se habet praedicta definitio animae ad partes enumeratas. Et ad hujus intellectum, sciendum est, quod Plato posuit universalia esse separata secundum esse;[1] tamen in illis, quaese habent consequenter, non posuit unam ideam communem, sicut in numeris et figuris: non enim posuit unam ideam numeri praeter omnes numeros, sicut posuit unam ideam hominis praeter omnes homines, eo quod numerorum species naturali ordine consequenter se habent.[2] Et sic prima earum, scilicet dualitas, est causa omnium consequentium. Unde non oportet ponere aliquam ideam communem numeris, ad causandum speciem numerorum. Et similis ratio est de figuris. Nam ejus species consequenter se habent, sicut et species numerorum: trigonum enim est ante tetragonum, et tetragonum ante pentagonum.[2]

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 24-33].
2. The discussion is largely contained in the *littera* but without mention of Plato. Aristotle, *Meta.,* Ill, 2 [999a 6-10]; *Eth.,* I, 2 [1096a 17-23],

[36] *In* II *De An.,* 5 [P 297]
Sed quamvis non sit una figura separata in esse praeter omnes figuras, etiam secundum Platonicos, qui ponunt species communes separatas; tamen invenitur una ratio communis, quae convenit omnibus figuris, et non est propria alicujus earum; ita est et in animalibus.

Source: See *Source* under *In De An.* [35].

[37] /n III *De An., 5* [P 640]
Unde etiam dicit quod phantasia est habitus vel potentia de numero eorum, ad ostendendum quod inter haec, aliquid est ut potentia, et aliquid ut habitus. Cognoscere autem possumus quod haec tantum apprehensionis principia apud antiquos nota erant, ex positione Platonis superius in primo libro posita, qui solum haec quatuor ad numeros reduxit, tribuens intellectum uni, scientiam dualitati, opinionem ternario, sensum quaternario.

Source: Aristotle, *De An.,* I, 2 [404b 21-27].

[38] *In* III *De An.,* 7 [P 673]
Circa hanc autem partem aliquid est quod praetermittit, de quo erat apud antiquos dubium. Utrum scilicet haec pars animae sit separabilis ab aliis partibus animae subjecto, sive non sit separabilis subjecto, sed ratione tantum. Intelligit autem esse separabile subjecto, per hoc quod dicit esse separabile secundum magnitudinem, propter Platonem, qui ponens partes animae subjecto abinvicem separatas, attribuit eis organa in diversis partibus corporis. Hoc est ergo quod praetermittit.

Source: Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32 - 94.3]; Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F],

[39] *In* III *De An.,* 8 [P 705]
Ostendit Philosophus quid sit objectum intellectus. Ad cujus evidentiam sciendum est, quod Philosophus in septimo Metaphysicae inquirit, utrum quod quid est, idest quidditas, vel essentia rei, quam definitio significat, sit idem quod res. Et quia Plato ponebat quidditates rerum esse separatas a singularibus,quas dicebat ideas, vel species ; ideo ostendit, quod quidditates rerum non sunt aliud a rebus nisi per accidens; utputa non est idem quidditas hominis albi, et homo albus; quia quidditas hominis non continet in se nisi quod pertinet ad speciem hominis; sed hoc quod dico homo albus habet aliquid in se praeter illud quod est de specie humana.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[40] *In* III *De An.,* 8 [P 715]
Et supponamus ad praesens, exempli causa cum Platone, quod dualitas sit quod quid erat esse lineae rectae. Plato enim ponebat, quod numeri erant species et quidditates mathematicorum; puta unitas lineae, dualitas lineae rectae, et sic de aliis.

Source: Themistius, *De An. Par.,* I [CG V, 11.27-36]; Aristotle, *Meta.,* VII, 10 [1036b 12-17],

[41] *In* III *De An.,* 8 [P 717]
Apparet autem ex hoc quod Philosophus hic dicit, quod proprium

objectum intellectus est quidditas rei, quae non est separata a rebus, ut Platonici posuerunt.1 Unde illud, quod est objectum intellectus nostri non est aliquid extra res sensibiles existens, ut Platonici posuerunt,1 sed aliquid in rebus sensibilibus existens; licet intellectus apprehendat alio modo quidditates rerum, quam sint in rebus sensibilibus. Non enim apprehendit eas cum conditionibus individuantibus, quae cis in rebus sensibilibus adjunguntur. Et hoc sine falsitate intellectus contingere potest. Nihil enim prohibet duorum adinvicem conjunctorum, unum intelligi absque hoc quod intelligatur aliud. Sicut visus apprehendit colorem, absque hoc quod apprehendat odorem, non tamen absque hoc quod apprehendat magnitudinem, quae est proprium subjectum coloris. Unde et intellectus potest intelligere aliquam formam absque individuantibus principiis, non tamen absque materia, a qua dependel ratio illius formae: sicut non potest intelligere simum sine naso, sed potest curvum sine naso intelligere. Et quia hoc non distinxerunt Platonici, posuerunt quod mathematica et quidditates rerum sunt separatae in esse, sicut sunt separatae in intellectu.2

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 4 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15 - 26.15].

[42] *In* III *De An.,* 9 [P 723]
Et per hoc excluditur tam opinio antiquorum naturalium, qui ponebant animam compositam ex omnibus, ut intelligeret omnia, quam etiam opinio Platonis, qui posuit naturaliter animam humanam habere omnem scientiam,1 sed esse eam quodammodo oblitam, propter unionem ad corpus:2 dicens, quod addiscere nihil aliud est quam reminisci.1

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [993a 1-2]; *Post. Anal.,* II, 19 [99b 26-27]; St. Augustine, *De Trin.,* XV [PL 42, 1011].
2. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. el An.,* 1 [PL 40, 781].

[43] *In* III *De An.,* 10 [P 731]
Inducitur autem Aristoteles ad ponendum intellectum agentem, ad excludendum opinionem Platonis, qui posuit quidditates rerum sensibilium esse a materia separatas,1 et intelligibiles actu;2 unde non erat ei necessarium ponere intellectum agentem. Sed quia Aristoteles ponit, quod quidditates rerum sensibilium sunt in materia, et non intelligibiles actu, oportuit quod poneret aliquem intellectum qui abstraheret a materia, et sic faceret eas intelligibiles actu.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. It does not seem that Aristotle ever explicidy made this statement. However, it comes as a simple inference from the Platonic positions. For example: 'Posuit enim Plato formas rerum naturalium sine materia subsistere et *per consequens* eas intelligibiles esse; quia ex hoc est aliquid intelligibile actu, quod est immateriale.' [5.7"., I, 79, 3, c.].

[44] *In* III *De An.,* 11 [P 753]
Et hoc est contra opinionem Platonis in primo positam, qui posuit

intclligentiam fieri quasi per motum quemdam continuum magnitudinis....
Source: Aristotle, *De An.,* I, 3 [406b 25 - 407a 30].

|45] *In 111 De An.,* 11 [P 755]
...non quod intellectus intelligens sit aliqua magnitudo, ut Plato posuit....
Source: Aristotle, *De An.,* I, 3 [406b 24 - 407a 1].

|.|6] *In* III *De An.,* 12 [P 766]
Et secundum hunc motum anima movet seipsam secundum Platonem, inquantum cognoscit et amat seipsam.
Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 537]; Aristotle, *De An.,I,* 2 [404b 29-30]; Macrobius, *In Som. Scip..* II, 13, 6-12 [E 616. 23 - 618.6]; 14-16 [E 618-638]; Averroes, *In* VIII *Phy., com.* 40 [Z 380]; Alexander Hal., *S.T.,* II, *Inq.* 4, 77., 3, *Q_.* 1, *Tit.,* 2, *Mem.,* 2, *c.* 1, *a.* 1, *ad 5* [Q.II, 659],

147] *In* III *De An.,* 12 [P 769]
Et hoc dicit contra Platonem, qui ponebat in alia parte corporis organum appetitivi, et in alia organum sensitivi.
Source: Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32 - 94.3]; Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F].

[48] *In* III *De An.,* 12 [P 784]
Et quia hunc modum abstractionis Plato non consideravit, coactus fuit ponere mathematica et species separatas, loco cujus ad praedictam abstractionem faciendam Aristoteles posuit intellectum agentem.
Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11] ; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15 - 26. 15],

[49] *In* III *De An.,* 13 [P 791]
Quia dixerat quod intellectus est quodammodo intelligibilis, sicut sensus sensibilis, posset aliquis credere, quod intellectus non dependeret a sensu. Et hoc quidem verum esset si intelligibilia nostri intellectus essent a sensibilibus separata secundum esse, ut Platonici posuerunt. Et ideo hic ostendit, quod intellectus indiget sensu.
Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

150] *In* III *De An.,* 14 [P 795]
Sed nunc speculandum est de alia parte, scilicet principio movente, quid animae sit. Utrum scilicet sit aliqua pars animae separabilis ab aliis, *vel magnitudine, id est subjecto,* ita quod habeat distinctum locum in corpore ab aliis potentiis, sicut Platonici posuerunt:...
Source: Themistius, *De An. Par.,N-,* VII [CG V, 93.32-94.3; 117.2]; Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F].

I'il] *In* III *De An.,* 14 [P815]
Et hoc dicit propter opinionem Platonis, qui posuit partes animae esse subjecto distinctas; ita quod irascibilis, cujus est timere, sit in corde, et concupiscibilis sit in aliqua alia parte corporis, puta in hepate.

Source: Thcmistius, *De An.* 7'«r.,V; VII [CG V, 93.32 - 94.3; 117.2], Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F],

[52] *In* HI *De An.,* 17 [P 857]
Quia igitur haec expositio extorta videtur, dicendum est, quod pri corpus ingenerabile non intelligit corpus caeleste, sed corpora quorumdam animalium aereorum quae ponebant Platonici nominantes ea daemones; quos quidem Apulejus platonicus sic definit. Daemonc-i sunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiva, tempore aeterna. Et de hujusmodi animalium corporibus vult Philosophus ostendere, quod non est possibile quod habeant intellectum sine sensu, sicut Platonici posuerunt; ut interrogative legatur quod dicitur: 'Quare enim non habebit,' scilicet hujusmodi corpus sensum? quasi dicat: Non est hujus rationem assignare. Si enim non habet, aut hoc est propter bonum animae, aut propter bonum corporis. Sed neutrum horum; quia sine sensu neque anima ejus intelligit melius, neque corpus magis conservabitur. Et ex hoc statim directe sequitur conclusio, quam inducit, quod nullum corpus mobile habens animam, careat sensu. Apparet autem, hanc esse intentionem Aristotelis, ex hoc quod immediate subjungit, quod impossibile est aliquod corpus simplex esse corpus animalis.

Source: There is nosuggestion of'daemones' in the *littera* or inThemistius. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[53] *In* III *De An.,* 17 [P 864]
Et ideo circa repercussionem sensus, melius est dicere, quod aer patiatur a figura et colore, quousque permanet unus et continuus, quod contingit quando est lenis, et non interruptus, quam quod radii egredientes a visu repercutiantur a visibili, ut Platonici posuerunt.

Source: Aristotle, *De S. et S.,* 2 [437b 10-13]; Alexander, *In L. De Sensu,* 2 [CG III, 20-23].

[54] *In* III *De An.,* 18 [P 865]
Postquam Philosophus ostendit quod tactus de necessitate inest omnibus animalibus, hic intendit ostendere quod impossibile sit corpus animalis esse simplex, puta quod sit igneum, vel aereum, sicut Platonici posuerunt quaedam animalia esse aerea.

Source: There is no reference to this Platonic doctrine in the *littera* of Aristotle or in Thcmistius. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A],

In librum de sensu et sensato Expositio

[1] *In De S. el S., 3* [P 41-45]
Deinde cum dicit 'quoniam si'
Accedit ad improbandum ipsam positionem. Et primo quantum ad hoc quod visum attribuebant igni. Secundo quantum ad hoc quod ponebant visum videre extramittendo, ibi, 'Irrationale vero omnino est.' Circa primum tria facit. Primo proponit opinionem Platonis. Secundo Empedoclis, ibi, 'Empedocles autem videtur.' Tertio opinionem Democriti, ibi, 'Democritus autem quoniam.' Circa primum duo facit. Primo objicit contra Platonem. Secundo removet ejus responsio-

nem, ibi, 'Dicere autem quod extinguatur.' Circa primum sciendum est, quod Empedocles et Plato in Timaeo in duobus conveniebant, quorum unum est quod organum visus pertinet ad ignem: secundum est quod visio contingit per hoc quod lumen exit ab oculo, sicut ex lucerna. Ex his autem duabus positionibus concludit Philosophus quod visus deberet videre in tenebris, sicut in luce. Potest enim etiam in tenebris lumen a lucerna emitti illuminans medium. Et ita, si per emissionem luminis oculus videt, sequitur quod etiam in tenebris oculus videre possit.

Deinde cum dicit 'dicere autem'

Excludit positionem Platonis quam in Timaeo ponit dicens, quod, quando lumen egreditur ex oculo, si quidem inveniat in medio lumen, salvatur per ipsum, sicut per sibi simile, et ex hoc accidit visio. Si autem non inveniat lumen, sed tenebras, propter dissimilitudinem tenebrarum ad lumen ab oculo egrediens extinguitur, et ideo oculus non videt.

Sed Aristoteles dicit hanc causam non esse veram; et hoc probat ibi 'quae enim'

Non enim potest assignare ratio, quare lumen oculi a tenebris extinguitur. Dicebant enim Platonici tres esse species ignis: scilicet lumen, flammam, et carbonem. Ignis autem, cum sit naturaliter calidus et siccus, extinguitur, vel ex frigido, vel ex húmido: et hoc manifeste apparet in carbonibus et flamma. Sed neutrum contingit in lumine, quia nec per frigidum nec per humidum extinguitur. Non ergo bene dicitur, quod extinguitur ignis per modum ignis. Alexander autem in Commento dicit, quod invenitur alia litera talis: 'qualis videtur quidem in carbonibus esse ignis et flamma in lumine: neutrum autem videtur conveniens. Neque enim humidum, nec frigidum, quibus extinctio fit.' Et secundum hanc literam ratio Aristotelis magis videtur esse ad propositum. Lumen enim igneum quod apparet in carbonibus et flamma extinguitur frigido aut húmido. Tenebrae autem neque sunt aliquid frigidum nec humidum. Non ergo per tenebras potest extinguí lumen igneum egrediens ab oculo.

Posset autem aliquis dicere, quod lumen igneum egrediens ab oculo non extinguitur in tenebris, sed quia debile est, nec confortatur ab exteriori lumine, ideo latet nos. Et propter hoc non fit visio.

Sed Aristoteles hoc reprobat ibi 'si igitur'

Circa quod sciendum est, quod lumen igneum extinguitur vel obtenebratur dupliciter. Uno quidem modo secundum proprietatem luminis, prout parvum lumen extinguitur ex praesentia majoris luminis. Alio modo secundum proprietatem ignis, qui extinguitur in aqua. Si ergo illud debile lumen ab oculo egrediens esset igneum, oporteret quod extingueretur in die propter excellentiorem claritatem, et in aqua propter contrarietatem ad ignem; et per consequens inter glacies magis obtenebraretur praedictum lumen visibile. Videmus enim hoc accidere in flamma et in corporibus igneis vel ignitis, quod tamen non accidit circa visum. Unde patet praedictam responsionem vanam esse.

Source: The substance of the text is contained in the *littera* and in Alexander (Zn *L. De Sensu,* 2 [CG III, 20-23]) who has a similar exposition, naming Plato and giving the pertinent citation from the *Timaeus.* The three species of fire are mentioned in Simplicius *(In L. De Caelo,* I, 3 [CG VII, 85.7-8]).

[2] *In De s. Il S.,* 4 11' 56-58]
Alia opinio est Platonis qui posuit quod lumen egrediens ab oculo non procedit usque ad rem, sed 'quodantenus,' idest aliquod determinatum spatium, ubi scilicet cohaeret lumini exteriori, ratione cujus cohaerentiae fit visio, ut prius dictum est.

Deinde cum dicit 'Isto enim melius'

Praetermissa prima opinione tamquam maxime inconvenienti, consequenter improbat secundam dupliciter. Primo quidem, quia inutiliter et vane aliquid ponitur. Et hoc est quod dicit: Melius esset dicere quod lumen interius conjungeretur exteriori in ipsa interiore extremitate oculi, quam extra per aliquam distantiam. Et hoc ideo, quia in illo spatio intermedio, si non est lumen exterius, extingueretur lumen interius a tenebris, secundum ejus positionem, ut supra habitum est. Si vero attingat lumen usque ad oculum, melius est quod statim conjungatur; quia quod potest fieri sine medio melius est quam quod fiat per medium: cum aliquid fieri per pauciora melius sit quam per plura.

Deinde cum dicit 'sed hoc'

Improbat conjunctionem luminis interioris ad exterius, etiam si fiat in principio oculi. Et hoc tripliciter. Primo quidem, quia conjungi vel separari est proprie corporum, quorum utrumque habet per se subsistentiam, non autem qualitatum, quae non sunt nisi in subjecto. Unde cum lumen non sit corpus sed accidens quoddam, nihil est dictum quoti lumen adjungatur lumini, nisi forte corpus luminosum adjungeretur corpori luminoso. Potest autem contingere quod lumen intendatur in aere per multiplicationem luminarium: sicut et calor intenditur per augmentum calefacientis, quod tamen non est per additionem, ut patet in quarto Physicorum. Secundo improbat per hoc, quod etiam dato quod utrumque lumen esset corpus, non tamen esset possibile quod utrumque conjungeretur, cum non sint ejusdem rationis. Non enim quodlibet corpus natum est conjungi cuilibet corpori, sed solum illa quae sunt aliqualiter homogénea. Tertio, quia cum inter lumen interius et exterius intercidat corpus medium, scilicet meninga, idest tunica oculi, non potest utriusque luminis esse conjunctio.

Source: The content is to be found in the *litlera* and in Alexander who has a lengthy exposition of Plato (Zn *L. De Sensu,* 2 [CG III, 27-28]).

[3] *In De S. et S.,* 5 [P 71]
Sed tunc videtur convenienter attribuisse Plato visum igni, sicut et hic Aristoteles odoratum. Dicendum est autem quod organum odoratus est aquae, inquantum aqua est potentia calidum, quod est ignis; organum autem visus est aqua inquantum est perspicua, et per consequens lucida in potentia.

Source: The *littera* does not mention Plato nor does it raise this difficulty. Alexander *(In L. De Sensu,* 2 [CG III, 39.5-21]) presents the difficulty without naming Plato [though the reference to him is obvious] and proposes the solution here adopted by St. Thomas.

[4] *In De S. et S„* 6 [P 82]
Deinde cum dicit 'quod autem'

Determinat de perspicuo: et dicit quod, hoc quod dicitur perspicuum,

non est proprium vel aeris vel aquae, vel alicujus hujusmodi corporum, sicut est vitrum ct alia corpora transparentia; sed est quaedam natura communis, quae in multis corporibus invenitur; scilicet quaedam naturalis proprietas in multis inventa, quam etiam virtutem nominat, inquantum est quoddam principium visionis. Et quia Platonici ponebant communia, sicut sunt separata secundum rationem, ita etiam separata esse secundum esse, ideo ad hoc excludendum subiungit, quod natura perspicuitatis non est aliqua natura separata, sed est in his corporibus sensibilibus, scilicet in aere et aqua et in aliis; in quibusdam quidem magis, in quibusdam vero minus.

Source: Alexander has no reference to Plato or Platonic separation. The point is suggested to St. Thomas by the brief statement, 'perspicuum...est quaedam communis natura et virtus quae separata quidem non est. In his vero est et in aliis corporibus' [439a 21-24]. (See Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].)

[5] *In De S. et S.,* 10 [P 138]
Si enim in elementis non est principium actionis forma substantialis, sed accidentalis; cum nihil agat ultra suam speciem, non videtur, quod per actionem naturalem elementorum materia transmutetur ad formam substantialem, sed solum ad formam accidentalem. Et propter hoc quidam posuerunt quod omnes formae substantiales sunt a causa supernatural!, et quod agens naturale solum alterando disponat ad formam. Et hoc reducitur ad opinionem Platonicorum, qui posuerunt quod species separatae sunt causae generationis, et quod omnis actio est a virtute incorporea. Stoici autem, sicut Alexander dicit, posuerunt quod corpora secundum seipsa agunt, inquantum scilicet sunt corpora. Aristoteles autem hic tenet mediam viam, quod corpora agunt secundum qualitates suas.

Source: Alexander(Zn *L. De Sensu,* 4 [CG III, 73-74]) discusses the difficulty which issuggested by the Aristotelian *littera:* 'Qua quidem igitur ignis et qua terra, nihil natum est facere vel pati, nec aliud quicquam. Quatenus autem inest contrarietas in unoquoque, eatenus omnia, et faciunt et patiuntur' [44Ib 12-15] and mentions the Platonists and the Stoics. St. Thomas, however, rejects Alexander's solution. His discussion here is parallel to that of *S.T.,* I, 115, 1, wherein Avicebron and Avicenna are mentioned and related to Plato. (See *Source* under *S.T.* [78].)

[6] *In De S. et S.,* 15 [P213]
Dicit autem hoc ad excludendum opinionem Platonis, qui posuit formas intellectas esse extra animam.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]. Neither Aristotle nor Alexander here mentions Plato, but there is a clear reference in Alexander to the Theory of Ideas *(In L. De Sensu,* 6 [CG III, 112.2-7]).

In librum de memoria et reminiscentia Expositio

[1] *In* I *De Mem. et Rem.,* 7 [P 388]
Hujusmodi autem magnitudines cognoscit anima non extendendo ibi

intclligcntiam, quasi anima cognoscat magnitudinem, contingendo eas secundum intellectum: quod videtur dicere propter Platonem, ut patet in primo de Anima....

Source: Aristotle, *De An., I,* 2 [404b 16-21]; 3 [407a 10-18],

In primos libros de Caelo et Mundo Expositio

[1] *In De C. et M., Prooem.* [S 4]
Si autem intentio principalis Philosophi esset determinare de universo, sive de mundo oporteret quod Aristoteles considerationem suam extenderet ad omnes partes mundi, etiam usque ad plantas et animalia, sicut Plato in Timaeo.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo, Prooem.* [CG VII, 3.17-21].

[2] *In* I *De C. et M.,* 4 [S 38]
Videtur autem Aristoteles, secundum ea quae hic dicit, contrarius esse Platoni, qui posuit corpus quod circulariter fertur, esse ignem. Sed secundum veritatem eadem est circa hoc utriusque philosophi opinio.[1] Plato enim corpus quod circulariter fertur, ignem vocat propter lucem, quae species ignis ponitur; non quod sit de natura ignis eleinentaris.[2] Unde et posuit quinque corpora in universo, quibus adaptavit quinque figuras corporales quas geometrae tradunt, quintum corpus aetherem nominans.[3][4]

Source: 1. Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 86.8-11].
2. *Ibid.* [12.26-29; 85.7-9],
3. *Ibid.* [12.16-26].

[3] *In* I *De C. et M.,* 5 [S 53]
Utitur autem tali modo definiendi, ut observet se a contrarietate Platonis, qui dicebat quod in mundo secundum se non est sursum et deorsum, propter rotunditatem mundi: corpus enim rotundum est undique uniforme. Dicebat autem quod sursum et deorsum est in mundo solum quoad nos, qui nominamus sursum id quod est supra caput nostrum, deorsum autem id quod est sub pedibus nostris: si autem essemus c contrario situati, e contrario nominaremus sursum et deorsum. Sic ergo Plato non accipit id quod est sursum et deorsum, secundum rei naturam, sed quoad nos.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* IV [CG VII, 679.27 - 680.26].

[4] *In* I *De C. et M.,* 6 [S 60-61]
Sciendum est autem circa primum, quod quidam posuerunt corpus caeli esse generabile et corruptibile secundum suam naturam, sicut loannes Grammaticus, qui dictus est Philoponus. Et ad suam intentionem adstruendam, primo utitur auctoritate Platonis,[1] qui posuit caelum esse genitum et totum mundum.[2]

Sed haec necessitatem non habent. Quod enim Plato posuit caelum genitum, non intellexit ex hoc quod est generationi subiectum, quod Aristoteles hic negare intendit: sed quod necesse est ipsum habere esse ab aliqua superiori causa, utpote multitudinem et distensionem in suis partibus habens; per quod significatur esse eius a primo uno causari, a quo oportet omnem multitudinem causari.[3]

Source: 1. Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG Vil, 105.25-28]. The *m'noi of* this passage is interpreted to include Joannes Grammaticus probably in view of 119.7 sq.
2. *Ibid.* [103.3-4].
3. *Ibid.* [140.9-19].

[5] *In* 1 *De C. et M.,* 19 [S 191]
Deinde cum dicit: Sive enim sint species etc., manifestat praedictam propositionem tam secundum opinionem Platonicam, quam secundum opinionem propriam. Et dicit quod sive sint species, idest ideae separatae,1 sicut Platonici dicunt, necesse est hoc accidere, scilicet quod sint plura individua unius speciei (quia species separata ponitur sicut exemplar rei sensibilis;2 possibile est autem ad unum exemplar fieri multa exemplata) ; sive etiam nullum talium, idest nulla specierum, separatim existât; nihilominus plura individua possunt esse unius speciei.

Source: 1. Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* I, 9 [991a 20 - b 1] ; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8] ; XII, 5 [107la 17-30]. [Exemplarity is not mentioned in the Aristotelian *littera* here but Simplicius introduces it into the discussion {*In L. De Caelo,* I [CG VII, 276.7 sq.])].

[6] *In* I *De C. et M.,* 19 [S 193]
Sed videtur hic esse contrarietas inter Aristotelem et Platonem. Nam Plato in Timaeo ex unitate exemplaris probavit unitatem mundi : hic autem Aristoteles ex unitate speciei separatae concludit possibile esse quod sint plures mundi.

Et potest dupliciter responderi. Uno modo ex parte ipsius exemplaris. Quod quidem si sic sit unum quod unitas sit essentia eius, necesse est exemplatum etiam imitari exemplar in sua unitate. Et tale est primum exemplar separatum: unde et mundum, qui est primum exemplatum, necesse est esse unum: et secundum hoc procedit probatio Platonis. Si vero unitas non sit essentia exemplaris, sed sit praeter essentiam eius, sic exemplatum poterit assimilari exemplari in eo quod pertinet ad eius speciem, puta in ratione hominis vel equi, non autem quantum ad ipsam unitatem: et hoc modo procedit hic ratio Aristotelis.

Alio modo potest solvi ex parte exemplati, quod tanto est perfectius, quanto magis assimilatur exemplari. Alia ergo exemplata assimilantur exemplari uni secundum unitatem speciei, non secundum unitatem numeralem: sed caelum, quod est perfectum exemplatum, assimilatur suo exemplari secundum unitatem numeralem.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 11 [D II, 159-160]; Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 276.11; 13-14; 277.17-19].

[7] *In* I *De C. et M.,* 22 [S 227]
Secundo ibi: Sed genitum etc., ponit in quo differunt. Et tangit tres opiniones.

Quidam enim dicebant quod, quamvis incoeperit esse ab aliquo principio temporis, tamen in sempiternum durabit; sicut primo dixerunt quidam poetae, ut Orpheus et Hesiodus, qui dicti sunt Theologi, quia res divinas poetice et fabulariter tradiderunt; quos in hac positione secutus est Plato, qui posuit mundum generatum, sed indissolubilem.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo, I* [CG VII, 296.1-6].

[8] *In* I *De C. et M.,* 22 [S 228]

Dicunt autem quidam quod isti poetae et philosophi, et praecipue Plato, non sic intellexerunt secundum quod sonat secundum superficiem verborum; sed suam sapientiam volebant quibusdam fabulis ct aenigmaticis locutionibus occultare; et quod Aristotelis consuetudo fuit in pluribus non obiicere contra intellectum eorum, qui erat sanus, sed contra verba eorum, ne aliquis ex tali modo loquendi errorem incurreret, sicut dicit Simplicius in commento. Alexander tamen voluit quod Plato et alii antiqui philosophi hoc intellexerunt quod verba eorum exterius sonant; et sic Aristoteles non solum contra verba, sed contra intellectum eorum conatus est argumentari. Quidquid autem horum sit, non est nobis multum curandum : quia studium philosophiae non est ad hoc quod sciatur quid homines senserint sed qualiter se habeat veritas rerum.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 352.27-33] ; III [CG VII, 587.37-588.7; 640.27-31].

[9] *In* I *De C. el M.,* 23 [S 231]

Praemissis rationibus contra opinionem Platonis, hic Philosophus excludit quandam excusationem praedictae opinionis, quam Xenocrates et alii Platonici afferebant.

Et circa hoc duo facit: primo proponit excusationem; secundo excludit eam, ibi: Hoc autem est, quemadmodum dicimus etc.

Dicit ergo primo quod non est verum illud auxilium, idest illa excusatio, quam quidam Platonicorum, dicentium mundum esse incorruptibilem sed tamen factum vel genitum, conantur ferre sibi ipsis, ut non irrationabiliter posuisse videantur. Dicunt enim se dixisse de generatione mundi, ad similitudinem eorum qui describunt figuras geometricas, qui primo describunt quasdam partes figurae, puta trianguli, et postea alias, non quasi prius fuerint huiusmodi partes antequam talis figura ex huiusmodi partibus constitueretur, sed ut magis explicite demonstrent ea quae ad figuram requiruntur. Et similiter dicunt Platonem dixisse mundum factum esse ex elementis, non tanquam aliquo tempore determinato mundus sit generatus, sed causa doctrinae; ut facilius instruerentur aliqui de natura mundi, dum prius demonstrantur eis partes mundi, et quid habeant huiusmodi partes ex seipsis, postea demonstratur eis compositio quam habent a causa mundi, quae Deus est. Et ita aspiciunt, idest considerant, mundum esse genitum, ad modum descriptionis qua utuntur geometrae in descriptione figurarum.

Source: The identification of 'Xenocrates et alii Platonici' and the development of the *littera* are from Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 303.31 -304.15],

[10] *In I De C. et M.,* 23 [S 232]

Deinde cum dicit: Hoc autem est, quaemadmodum dicimus etc., improbat quod dictum est. Et dicit quod non eodem modo se habet quod ipsi [rc. Platonici] dicunt circa generationem mundi, et quod geometrae dicunt circa descriptiones figurarum, sicut manifestabitur per ea quae nunc dicemus. Quia in descriptionibus geometricalibus, idem accidit si omnes partes figurae simul accipiantur ut constituunt figuram, et si non accipiantur simul: quia quando non accipiuntur simul, nihil aliud dicitur de eis nisi quod sunt lineae vel anguli; et hoc

etiam salvatur in cis quando accipiuntur omnia simul in figura constituta ex cis. Sed in demonstrationibus eorum qui ponunt generationem mundi, non idem accipitur cum sunt simul ct cum non sunt simul; sed impossibile est quod idem ex utraque parte accipiatur, sicut impossibile est opposita esse simul; illa enim quae accipiuntur prius, scilicet ante constitutionem mundi, et posterius, scilicet mundo iam constituto, sunt subcontraria, idest habent quandum adiunctam et latentem contrarietatem.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 304.23 - 306.16].

[11] *In* I *De C. et M.,* 23 [S 233]
Volunt autem quidam adhuc excusare Platonem, quasi non posuerit quod inordinatio prius tempore fuerit in elementis mundi, et postea aliquo tempore incoeperint ordinari; sed quia inordinatio semper quantum ad aliquid adiuncta est elementis mundi, licet quantum ad aliquid ordinentur; sicut etiam ipse Aristoteles ponit quod materiae semper adiungitur privatio, quamvis et semper sit secundum aliquid formata. Potest etiam intelligi Platonem dedisse intelligere quid elementa ex se haberent, si non essent ordinata a Deo; non quod prius tempore fuerint inordinata.1 – Sed quidquid Plato intellexerit, Aristoteles, sicut dictum est, obiiciebat contra id quod verba Platonis exprimunt.2

Source: 1. Simplicius, *In L. De Caelo, I* [CG VII, 306.18 - 307.11]; Averroes, *In L. De Caelo,* III, *corn.* 11 [188E-F].
2. See *Source* under *In De C. et M.* [8].

[12] *In* I *DeC. et M.,* 23 [S 236]
...sicut in Timaeo dicit Plato non solum quod caelum sit factum de novo, sed etiam quod duret de cetero sempiterno tempore;...

Source: *Littera.*

[13] *In* I *De C. el M.,* 29 [S 277]
Hoc autem videtur dicere contra Platonem, qui posuit mundum genitum sed incorruptibilem, et ex consequenti posuit quod illud inordinatum ex quo mundus est genitus, fuerit ingenitum sed corruptibile: quamvis quidam dicant hoc Platonem non sic intellexisse sicut sonant verba eius, contra quae hic Aristoteles disputat.1 Sed quantum pertinet ad expositionem huius libri, non refert utrum sic vel aliter Plato senserit, dummodo videatur qualiter haec positio improbetur per rationes Aristotelis.2

Source: 1. Simplicius, *InL. De Caelo,* I [CG VII, 346.16-29; 352.27-33]; III [CG VII, 587.37 - 588.7; 640.27-31].
2. St. Thomas frequently does not undertake to adjudicate the arguments which are reported in the pages of Simplicius. Cf. *In De C. et M. [14].*

[14] *In I De C. el M.,* 29 [S 283]
.. .sicut Plato posuit quod mundus est genitus et corruptibilis secundum seipsum, sed semper manebit propter voluntatem Dei1 (quamvis quidam dicant quod Plato non sic intellexerit mundum esse corruptibilem sicut ea quae in se habent necessariam causam corruptionis, sed per hoc voluerit designare dependentiam sui esse ab alio, quia scilicet necessitas essendi non est ei a seipso, sed a Deo.2 Sed quicumque fuerit

intellectus Platonis non refert ad propositum, quia Aristoteles obiieit contra verba ipsius).[3]

Source: 1. Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 298.11-16; 351.36-42).
2. *Ibid.* [301.1-22],
3. *Ibid.* [352.27-33], Cf. *ibid.,* Ill [CG VII, 587.37 - 588.7; 640.27-31].

[15] *In* II *DeC. el M.,* 1 [S 291]
Et sic etiam Plato in Timaeo Deum mundi conditorem inducit dicentem caelestibus diis: alimentum dantes augete, et detrimentum passa iterum suscipite.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 372.21-22].

[16] *In* II *De C. et M.,* 1 [S 297-298]
Tertio ibi: Sed adhuc neque ab anima etc., excludit tertiam opinionem, quae est Platonis, qui posuit in Timaeo quod in medio mundi anima eius, ad extremum caelum omniquaque complexa, incoepit incessabilem et prudentem vitam ad omne tempus.[1]

Quod quidem videtur Aristoteles dicere contra dictum Platonis, qui dixit quod ex medio mundi ad extremum caelum anima omniquaque complexa incoepit incessabilem et prudentem vitam ad omne tempus: secundum hoc enim videtur anima caeli alligata caelo sicut Ixion trocho.[2] Et videtur quod vita talis animae non sit prudens, sed insipiens, utpote quae incoepit perpetuum laborem.[3] Non autem reprehendit hic Aristoteles Platonem, qui posuit caelum animatum, quia et inferius hoc ipse ponit: sed de hoc quod videtur ponere quod moveat caelum in sempiternum contra suam naturam.[4] Sed forte Plato non intellexit motum hunc esse contra naturam caeli; sed voluit exprimere quod natura secundum quam convenit ei talis motus, est ei ab alio.[5]

Source: 1. Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 376.35-36],
2. *Ibid.* [377.1-19],
3. *Ibid.* [376.28-36],
4. *Ibid.* [378.10-22].
5. Simplicius argues that the heavenly bodies, prior to animation, were fitted for circular motion. St. Thomas interprets the dependence on a first cause.

[17] *In* II *DeC. et M.,* 3 [S 315]
...quod attendentes Plato et Aristoteles, posuerunt caelum animatum.[1] ...unde et Plato posuit in bonum animae rationali esse quod quandoque a corpore separatur,[2]...alioquin videretur, secundum dictum Platonis, quod anima caeli esset peioris conditionis quam anima humana.[3]

Source: 1. Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 378.10-22]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. see.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22]; III, 4 [CSEL 48, 209.1-2]; IV, 6 [CSEL 48, 257.9-10]; 7 [CSEL 48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].
2. See *Source* under *S.T.* [56].
3. See 2 above and Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 376.12-27],

[18] *In* II *De C. el M.,* 4 [S 334]

Circa quod considerandum est quod Platonici ponebant unum Deum summum, qui est ipsa essentia bonitatis et unitatis,1 sub quo ponebant ordinem superiorem intellectuum separatorum, qui apud nos consueverunt intelligentiae vocari; et sub hoc ordine ponebant ordinem animarum, sub quo ordine ponebant ordinem corporum.2 Dicebant ergo quod inter intellectus separatos, superiores et primi dicuntur intellectus divini, propter similitudinem et propinquitatem ad Deum; alii vero non sunt divini, propter distantiam ad Deum;3 sicut etiam animarum supremae sunt intellectivae, infimae autem non intellectivae, sed irrationales. Corporum autem suprema et nobiliora dicebant esse animata, alia vero inanimata. Rursus dicebant quod supremae animae, propter hoc quod dependent ex intelligentiis divinis, sunt animae divinae; et iterum corpora suprema, propter hoc quod sunt coniuncta animabus divinis, sunt corpora divina.4

Subdit autem quod operatio Dei est immortalitas. Nominat autem hic Deum, non solum primam causam omnium rerum, sed, more Platonicorum et aliorum gentilium, omnia quae dicuntur divina, secundum morem praedictum.5

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 8 [V 268] ; *Prop.* 12 [V 269-270]; *Prop.* 13 [V 270]; *Prop.* 20 [V 273]; *Prop.* 115 [V 496] ; *Prop.* 119 [V 497-498] ; *Prop.* 133 [V 503] ; Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; 6, 7-8 [E 486.1 -14] ; St. Augustine, *DeCiv. Dei,* VII 1,6 [A-C] ; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Mom.,* 4, 1 [P 95]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444],

2. Proclus, *op. cit., Prop.* 139 [V 505] ; *Liber De Causis,* 4 [B 165. 19 - 168.19]; 13 [B 176.8 - 177.4]; 18 [B 180.9 - 181.5].
3. Proclus, *op. cit., Prop.* 181 [V 520-521]; *Liber De Causis,* 18 [B 180.9-12].
4. Proclus, *op. cit., Prop.* Ill [V 495]; *Liber De Causis,* 18 [B 180.13-14],
5. Proclus, *op. cit., Prop.* 139 [V 505]; cf. Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15-16 [D II, 168-169]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 23; *Liber De Causis,* 3 [B 165.1-3; 166.15] ; 18 [B 180.9] ; Dionysius, *De Div. Norn.,* 11,6.

[19] *In* II *De C. et M.,* 4 [S 337-338]

Et est considerandum quod Plato in Timaeo probavit esse terram et ignem, per hoc quod necesse est corpora esse visibilia propter ignem, et palpabilia propter terram.1

Plato autem probavit ex extremis elementis quod necesse est esse media, per proportiones numerales: quia inter duos cubicos numeros necesse est esse duos alios numeros secundum continuam proportionalitatem ; sicut cubicus binarii est octonarius, cubicus autem ternarii sunt viginti septem, inter quos cadunt media in proportione duodeviginti et duodecim, quae omnia se habent secundum sesquialteram proportionem.2

Source: 1. Simplicius, *In L. De Cado,* Il [CG VII, 401.9-11].
2. *Ibid.* [401.11-13]. Simplicius does not work out the numerical proportions.

[20] *In* II *De C. et M.,* 10 [S 384]
Unde et Plato dixit quod in corporibus caelestibus sunt excellentiae seu sublimitates elementorum, quasi primordialia eorum activa principia:...

Source: Simplicius, *In L. De Caelo, IÏ* [CGVII, 435.32-436.1], Cf. *ibid.,* I [CG VII, 88.5-25; 91.7-20].

[21] *In* II *De C. et M„* 12 [S 408]
Et est sciendum quod Plato posuit stellas, praeter hoc quod moventur motu orbium, moveri motu circumgyrationis.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* Il [CG VII, 454.24-27].

[22] *In* II *De C. et M.,* 13 [S 416]
Unde videtur hic loqui de quibusdam corporibus animatis, quae Platonici daemones nominabant, dicentes eos esse animalia corpore aerea, tempore aeterna, sicut Apuleius Platonicus dicit in libro de Deo Socratis. Ponebant autem huiusmodi corpora moveri motu progressivo, et non mansiva in eodem loco.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[23] *In* II *De C. et M.,* 17 [S 451]
Secundo considerandum est quod circa motus planetarum quaedam anomaliae, idest irregularitates, apparent; prout scilicet planetae quandoque velociores, quandoque tardiores, quandoque stationarii, quandoque retrogradi videntur. Quod quidem non videtur esse conveniens caelestibus motibus, ut ex supra dictis patet. Et ideo Plato primus hanc dubitationem Eudoxo, sui temporis astrologo, proposuit; qui huiusmodi irregularitates conatus est ad rectum ordinem reducere, assignando diversos motus planetis; quod etiam posteriores astrologi diversimode facere conati sunt. Illorum tamen suppositiones quas adinvenerunt, non est necessarium esse veras: licet enim, talibus suppositionibus factis, apparentia salvarentur, non tamen oportet dicere has suppositiones esse veras ; quia forte secundum aliquem alium modum, nondum ab hominibus comprehensum, apparentia circa stellas salvantur. Aristoteles tamen utitur huiusmodi suppositionibus quantum ad qualitatem motuum, tanquam veris.

Tertio considerandum est quod circa solem et lunam non apparent tot irregularitatum genera, sicut circa alios planetas: nam in sole et luna nunquam apparet statio vel retrogradado, sicut in aliis planetis, sed solum velocitas et tarditas. Et ideo Eudoxus, qui primo conatus est has irregularitates dirigere, ad instantiam Platonis, pauciores motus assignavit soli et lunae, quos dicebat esse infimos planetas, quam superioribus planetis.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 36.25-33]; II [CG VII 488.2 - 489.4; 492.25-34],

[24] *In* II *De C. et M.,* 20 [S 481]
Sed plures eorum qui posuerunt totum mundum esse finitum, dixerunt terram esse positam in medio mundi, sicut Anaximander, Anaxagoras, Democritus, Empedocles et Plato.

Source: The list of names is exactly reproduced from Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 511.24-25].

(25] *In* II *De C. el M.,* 21 [S 490]

Deinde cum dicit: Quidam autem et positam etc., ponit secundam opinionem. Et dicit quod, licet quidam dicant terram in centro positam, dicunt tamen ipsam moveri et revolvi circa polum semper statutum, idest circa axem mundi (nam polus quandoque dicitur caelum, quandoque autem dicitur axis, quandoque vero dicitur extrema pars axis, sicut dicitur polus arcticus et antarcticus). Et hoc dicit scriptum esse in Timaeo.

Est autem notandum quod illud quod hic dicitur revolvi vel converti, sumpsit Aristoteles ex eo quod Plato in Timaeo, secundum linguam Graecam dixit, illomenam circa eum qui per omne ordinatum polum. Hoc autem quod dicitur illomenum, si in Graeco scribatur per iota, significat alligationem; si vero scribatur per diphthongum, significat prohibitionem. Videtur autem a Platone sumptum istud vocabulum secundum quod significat alligationem, ut patet per ea quae ipse dicit de terra in libro Phaedonis, ubi asserit eam in medio quiescentem et quasi ligatam: et sic videtur contra intentionem Platonis, Aristoteles verba eius assumpsisse.

Dicit igitur Alexander, Aristotelem excusans, quod hoc quod dicitur illomenum, significat proprie prohibitionem vel violentiam: sed quia ista significatio non competit secundum ea quae ibi intendit Plato, Aristoteles intellexit quod illomenum translative acciperetur a Platone, prout consuevit translatum significare conversionem, quae designat motum. Nec pertinet aliquid ad rationem praesentem, si Plato alibi aliter dixit ab his quae dixerat in Phaedone, motus ex aliqua alia ratione: nam Aristoteles hic proponit id quod in Timaeo scribitur, sive hoc sit inductum tanquam Platoni placens, sive tanquam Timaei opinio, quam Plato non approbat: unde non dicit quemadmodum Plato dicit, sed quemadmodum in Timaeo scriptum est.

Sed contra hoc multipliciter obiicit Simplicius. Primo quidem quia Timaeus ibi probat terram in medio esse locatam et firmatam. Secundo quia illomenam ibi scribitur per unum iota, prout significat alligationem. Tertio quia conversio non semper significat motum: dicuntur enim circulares figurae conversae, idest ad omnem partem versae, etiam si sint quiescentes. Quarto quia, cum dictio multa significet, non oportuit significationem eius trahere ad manifestum sensum contra intentionem Platonis.

Sed contra hoc iterum obiicit Simplicius: quia non est probabile quod Aristoteles ignoraret aut significationem vocabuli, aut intentionem Platonis. Et ideo potest dici quod, quia possibile erat aliquos false intelligere verba Platonis, Aristoteles removet falsum intellectum qui ex his verbis haberi posset, sicut frequenter consuevit facere circa verba Platonis. – Vel potest dici quod hoc quod dicitur et moveri, est ab aliquo alio appositum. In graeco autem dicitur illesthai, pro quo hic est translatum revolvi: potest autem significare quod in Graeco positum est, et alligationem et motum: ita quod intelligamus quod, postquam Aristoteles posuit opinionem Pythagoricorum de motu terrae circa medium, hic ponit opinionem Platonis de quiete terrae in medio.

Possumus autem et brevius dicere quod quidam Heraclitus Ponticus

posuit terram in medio moveri, et caelum quiescere; cuius opinionem hic Aristoteles ponit. Quod autem addit, quemadmodum in Timaeo scriptum est, referendum est non ad id quod dictum est, revolvi et moveri, sed ad id quod sequitur, quod sit super statutum polum.

Source: Same explanation and development in Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 517.3 - 519.11].

[26] *In* II *De C. et M.,* 25 [S 514]

Dicit ergo primo quod quidam dixerunt terram quiescere in medio propter similitudinem, idest similem eius habitudinem ad omnem partem caeli. Et hoc inter antiquos dixit Anaximander. Per quod dat intelligere quod etiam aliquibus sui temporis hoc videbatur. Dicitur enim Plato hoc posuisse: sed tamen Aristoteles hoc ei non imponit, quia supra ei imposuerat quod moveretur in medio circa axem mundi.

Source: Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 531.32 - 532.7].

[27] *In* II *De C. et M.,* 26 [S 521]

...alii vero, sicut in Timaeo scribitur, ponentes terram esse in medio, dicunt eam revolvi circa medium poli, idest circa axem dividentem caelum per medium.

Source: *Littera.* For reference to *Timaeus,* see *In De C. et M.* [25],

[28] *In* III *De C. et M.,* 2 [S 556]

Tertiam opinionem ponit ibi: Sunt autem quidam etc. Et dicit quod quidam sunt, qui posuerunt omne corpus esse generabile; quia ponunt quod omnia corpora componuntur ex superficiebus, et iterum resolvuntur in superficies. Et haec fuit opinio Platonis.

Source: Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1 ; 299a 6-11 ; 300a 1] ; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.1 - 566.16].

[29] *In* III *De C. et M„* 3 [S 562]

Dicit ergo primo impossibile esse, si utrumque eorum ex quibus aliquid componitur, nullam habeat gravitatem, quod compositum ex ambobus habeat gravitatem. Sed corpora sensibilia habent gravitatem ; aut omnia, sicut dicebat Democritus, aut quaedam, scilicet terra et aqua, sicut ipsimet Platonici dicebant.[1] Ergo corpus sensibile non potest componi ex rebus non habentibus gravitatem. Sed punctum nullam habet gravitatem: ergo ex punctis non potest componi aliquid habens gravitatem. Componitur autem ex eis secundum praedictam positionem linea: ergo etiam linea non potest habere gravitatem. Et per consequens neque superficies, quae componitur ex lineis: et ulterius neque corpus, quod componitur ex superficiebus : quod est contra praedicta.[2]

Source : 1. *Littera.*
2. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11; 300a 1]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.1-566.16].

[30] *In* III *De C. et M.,* 4 [S 568]

Praemissa prima ratione quam Aristoteles posuit ad improbandum opinionem Platonis, ponentis corpora ex superficiebus generari, hic ponit secundam rationem.

Ad cuius evidentiam sciendum est quod Plato, quia non distinguebat inter unum quod est principium numeri, et unum quod convertitur

cum ente,[1] quod significat substantiam rei, ponebat per consequens quod unum quod est principium numeri, esset substantia rei: et per consequens omnes res ponebat esse numeros.[2] Unde et dimensiones quantitatis continuae dicebat esse quosdam numeros positionem habentes: et sic secundum ipsum punctus est unitas positionem habens, et sic de aliis.[3] Et quia dualitatem attribuebat materiae,[4] unitatem autem formae,[5] aestimabat quod formae omnium corporum essent accipiendae secundum rationem figurarum, secundum quas corpora terminantur. Ultimi autem termini dimensionum sunt puncta, quae sunt unitates positae, ut dictum est. Et ideo diversas figuras corporeas diversis corporibus attribuebat: sicut figuram pyramidalem igni, figuram autem octo basium aëri, figuram autem viginti basium aquae, figuram autem cubicam terrae, figuram autem duodecim basium aetheri, idest caelo. Manifestum est autem figuras corporeas ex superficiebus constitui, inquantum ad invicem coniunguntur secundum tactum linearem: sic enim faciunt angulum corporalem.[6] Et ideo, formalem compositionem corporum distribuens, Plato dicebat quod corpora componuntur ex superficiebus secundum lineam coniunctis.[7]

Source: 1. See *Source* 2 under *S.T.* [5].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 5; 6 [987a 17-19; 987b 22-25].
3. Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 562.21 -566.16].
4. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-21],
5. *Ibid,* and [988a 8-14].
6. Frequently referred to in Simplicius, e.g., *In L. De Caelo,* III [CG VII, 670.21; 638.3-8]; Averroes, *In L. De Caelo,* III, *com.* 13 [181vM, 182A].
7. *Littera.*

[31] *In* III *De C. et M.,* 4 [S 570]

Quia igitur duplex est modus quo superficies coniungi possunt; et secundum alterum modum, scilicet secundum contactum linearem, compositae faciunt omnia elementa; sequetur quod, si componantur secundum latitudinem, idest supponendo superficiem superficiei, id quod componetur ex superficiebus sic compositis, erit corpus quod nec est elementum nec ex elementis. Quod autem non sit elementum patet, quia omnia elementa constituuntur secundum alium modum coniunctionis superficierum. Quod autem non sit ex elementis patet, quia ista compositio superficierum, quae est secundum superpositionem, videtur constituere ipsam profunditatem corporis, quae est eius substantia; alia vero compositio superficierum constituit corpus secundum figuram, quae est forma adveniens substantiae corporali. Unde compositio suppositionis erit prior: et id quod est constitutum ex tali modo compositionis, videtur comparari ad id quod est constitutum secundum alium modum compositionis, sicut materia ad formam. Ex superficiebus autem, secundum opinionem Platonis, natum est componi corpus. Sequitur igitur quod id quod praecedit omnia elementa, sicut elementorum materia suscipiens omnes figuras seu formas eorum, sit corpus. Et hoc reputabat Plato inconveniens: non enim primam materiam dicebat esse corpus, sicut quidam antiqui naturales posuerunt.

Source: *Littera* and Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 574.25-575.31].

[32] *In* 111 *De C. et M.,* 6 [S 581]
Circa quarum primam dicit quod idem inconveniens quod accidil Democrito et Leucippo, necesse est accidere si quis ponat quod antequam mundus esset factus, elementa ex quibus mundus constituitur, movebantur motu inordinato, sicut in Timaeo scribitur a Platone, narrante quod antequam mundus a Deo fieret, materia inordinate fluctuabat.1... Nam cum omnis motus, etiam secundum Platonem, reducatur sicut in causam in primum movens, si elementa quocunque modo movebantur, necesse est dicere quod primum movens movebat seipsum secundum naturam.2

Source: 1. Aristode, *De Caelo,* I, 11 [280a 6-7]; III, 1-2 [300b 16 - 30Ia 11]; Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 311.32-33; 312.10-12]; Averroes, *In L. De Caelo,* III, *com.* 11 [188E-FJ.
2. Simplicius, *oj>. cit.* [585.1-5] quotes Alexander's reference to the Platonic doctrine of soul as the self-mover and source of motion. See also *Source* under *In Sent.* [3].

[33] *In* III *De C. et M.,* 6 [S 584]
Sic igitur accidit ipsis Platonicis ponere simul contraria: scilicet quod inordinatio motus sit secundum naturam, eo quod fuit tempore infinito ante mundum; et quod ordinatio motus, et mundus constitutus motu iam ordinato, sit praeter naturam, eo quod pauciori tempore fuit; quamvis nihil eorum quae sunt secundum naturam, sit ut contingit, idest absque certo ordine.1

Est autem attendendum quod rationes Aristotelis directe contra positionem Platonis procedunt, si ex verbis eius intelligatur quod prius tempore erat inordinatio motus elementorum, quam fieret mundus. Sectatores autem Platonis dicunt eum hoc non intellexisse; sed quod omnis ordinatio motus sensibilium est a primo principio, ita quod alia, in se considerata, praeter influentiam primi principii, sunt inordinata. Et secundum hoc Aristoteles non obiicit hic contra sensum Platonis, sed contra Platonicorum verba, ne ab eis aliquis in errorem inducatur.2

Source: \. *Littera.*
2. Simplicius, *In L. De Caelo,* III [CG VII, 587.37-588.7; 640.27-31].

[34] *In* III *De C. et M.,* 6 [S 585]
Deinde cum dicit: Videtur autem hoc ipsum etc., improbat praedictam positionem ex dictis aliorum philosophorum, qui super hoc melius sensisse videntur. Circa quod considerandum est quod tam Democritus et Leucippus, quam etiam Plato, duo videbantur posuisse circa corpora existentia ante mundum: primo quidem quia ponebant ea moveri; secundo quia ponebant ea segregata. Quantum ergo ad primum, dicit quod hoc ipsum quod consideratur circa constitutionem mundi, videtur Anaxagoras bene sumere. Posuit enim quod mundus incoeperit ex corporibus non prius motis. Quod quidem rationabilius est quam dicere mundum fieri ex corporibus prius motis. Nam motus actus quidam est in potentia existentis, et ita medium est inter primam potentiam et primum actum; in his autem quae fiunt, principium sumitur ab his quae sunt omnino in potentia; et ideo rationabilius est principium mundi constituere ex his quae omnino non moventur, quam ex rebus motis.

Source: Aristode, *De Caelo,* III, 2 [300b 16-18],

hi primos libros Mcleorologicorum Expositio

I I) *In* II *Meteor.,* 3 [S 156]

Tertio ibi: Quod autem scriptum est in Phaedone etc., excludit quandam falsam solutionem praedictae dubitationis. Et primo ponit ipsam solutionem. Et dicit quod impossibile est esse verum quod a Platone de mari et fluviis dicitur in libro suo qui intitulatur Phaedo. Dicit enim ibi quod omnia flumina et mare concurrunt sub terra ad aliquod principium, quasi terra sit perforata a mari et fluviis. Hoc autem principium, quod secundum ipsum est principium aquarum omnium, vocatur Tartarus, qui est quaedam magna multitudo aquae existens circa medium mundi: ex quo quidem principio dicit prodire omnes aquas quae non fluunt, sicut sunt mare et stagna, et quae fluunt, sicut fontes et flumina. Dicit autem quod Tartarus undique fluit ad singula rheumatum, idest ad singulos discursus aquarum: quod ideo contingit, quia illud principium aquarum semper movetur. Et hoc ideo, quia non habet aliquem locum fixum in quo quiescat, sed semper movetur circa medium, quasi vacillans hinc inde. Et sic, dum movetur sursum, facit effusionem rheumatum, idest discursus marium et fluviorum, non tantum versus istam partem terrae quam nos habitamus; sed ex multis aliis partibus terrae effundit et alia stagna, quale est mare quod est apud nos.

Sed omnia maria et flumina quadam circulatione reducuntur ad illud principium unde primo effluxerunt, sed diversimode. Nam quaedam redeunt secundum eundem locum secundum quem effluxerunt, ut sit quidam motus reflexus: quaedam vero ex contraria parte redeunt parti unde effluxerant, ut, puta, si effluxerunt de subtus, reingrederentur desuper. Non est tamen sic intelligendum de subtus et desuper, quod aliquid possit esse subtus respectu medii, in quo ponitur primum principium aquarum: quia a superficie terrae usque ad medium, est descensus, sed de cetero, si secundum rectam lineam ultra procederet aqua, esset motus ad sursum; idem enim est moveri a medio, et moveri sursum. Et secundum hoc facile est assignare causam diversitatis colorum et saporum in aquis: quia aqua fluens recipit colorem et saporem secundum modum terrae per quam effluit.

Source: All the information here given is contained in the *littera* (Aristotle, *Meteor.,* II, 2 [355b 32 - 356a 14]).

In libros de Generatione et corruptione Expositio

[1] *In* I *De Gen. et Cor.,* 3 [S 19]

Deinde cum dicit: Plato igitur etc., assignat rationem suae intentionis, ex eo quod alii philosophi de his insufficienter tractaverunt. Et dicit quod Plato inquisivit de generatione et corruptione tantum, quomodo sint in rebus: non tamen de omni generatione, sed solum de generatione elementorum, non autem quomodo generentur carnes et ossa, aut aliquod aliorum mixtorum corporum: neque etiam tractavit dealteratione et augmentationc, quomodo sint in rebus.

Source: *Littera.*

|2| *In* I *De Gen. el Cor.,* 3 |S 23J
Secundo autem oportet inquirere, si sunt aliquae magnitudinis indivisibiles, utrum illae magnitudines sint corpora, sicut dixerunt Democritus et Leucippus, vel sint planities, idest superficies, sicut Pialo scripsit in Timaeo.

Source: *Littera.*

[3] *In* I *De Gen. et Cor.,* 3 [S 24]
Circa primum duo facit: primo ostendit convenientius posuisse, quantum ad ea quae considerantur in scientia naturali, Democritum quam Platonem; secundo causam huius assignat, ibi: Causa autem etc.

Sed Platonici, qui resolvebant corpora in superficies, non poterant assignare causam alicuius transmutationis formalis: quia ex superficicbus, quando componuntur adinvicem, nihil est rationabile fieri nisi solida. Cum enim puncta, lineae et superficies purae sint res mathematicae, non possunt causare ex seipsis aliquam passionem naturalem: unde, sicut ex punctis non fit nisi linea, et ex lineis non fit nisi superficies, ita ex superficiebus non potest causari nisi corpus. Sed nec ipsi Platonici conantur ad hoc quod ex commixtione superficierum assignent causam alicuius passionis naturalis.

Source: *Littera.*

[4] *In* I *De Gen. et Cor.,* 3 [S 25]
Deinde cum dicit: Causa autem etc., assignat rationem quare circa hoc magis defecit Plato quam Democritus. Et dicit quod causa huius quod Plato minus potuit videre confessa, idest ea quae sunt omnibus manifesta, fuit inexperientia: quia scilicet, circa intelligibilia intentus, sensibilibus non intendebat, circa quae est experientia. Et ideo illi philosophi qui magis studuerunt circa res sensibiles et naturales, magis potuerunt adinvenire talia principia, quibus possent multa sensibilia adaptare. Sed Platonici, qui erant indocti existentium, idest circa entia naturalia et sensibilia, respicientes ad pauca sensibilium quae eis occurrebant, ex multis sermonibus vel rationibus, idest ex multis quae in universali rationaliter considerabant, de facili enuntiant, idest absque diligenti perscrutatione sententiam proferunt de rebus sensibilibus.

Potest autem considerari ex his quae prae manibus habentur, quantum differunt in perscrutatione veritatis illi qui considerant physice, idest naturaliter, attendentes rebus sensibilibus, ut Democritus, et illi qui considerant logice, idest rationaliter, attendentes communibus rationibus, sicut Platonici. Ad ostendendum enim quod magnitudines aliquae sunt indivisibiles, Platonici, logice procedentes, dicunt quod aliter sequeretur quod autotrigonum, idest per se triangulus, hoc est idea trianguli, multa erit, idest in multos triangulos dividetur: quod est inconveniens.[1]

Ponebat enim Plato omnium sensibilium esse quasdam ideas separatas, puta hominis et equi et similium, quas vocabat per se hominem et per se equum: quia scilicet, logice loquendo, homo, secundum quod est species, est praeter materialia et individualia principia, ita quod idea nihil habet nisi quod pertinet ad rationem speciei.[2] Et eadem ratione hoc ponebat in figuris. Unde ponebat ideam triangulorum

sensibilium, quae hic dicitur autotrigonum, esse indivisibilem: alioquin sequeretur quod divideretur in multa, quod est contra rationem ideae, ad quam pertinet quod sit unum praeter multa. Et ita non est inconveniens quod sint multae superficies triangulares indivisibiles conformes ideae: et eadem ratio est de aliis superficiebus.3

Source: 1. *Littera.*
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
3. *Ibid.,* I, 9 [991a 1-5]; III, 3 [999a 6-11].

[5] *In* I *De Gen. et Cor.,* 9 [S 71]
Et solvit quod non est ita, sed terra est ens: quia scilicet terra fit per hoc quod materia recipit quandam formam, quae facit esse in actu. Non ens ergo est materia terrae et ignis. Non tamen materia est non ens per se, sicut Plato posuit: sed est non ens per accidens, ratione privationis cui adiungitur.

Source: Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].

[6] *In* I *De Gen. et Cor.,* 13 [S 92]
Secundo ibi: Illud autem etc., improbat hoc per ipsam positionem Platonicorum, qui ponebant quod mathematica erant substantia corporum naturalium. Et quia puncta et lineae sunt termini dimensionum, sicut forma est terminus materiae, ponebant quod illud quod per huiusmodi terminatur, esset materia corporum: ipsi autem termini magis se habent in ratione formae. Et hoc est quod dicit, quod illud, scilicet dimensio vel magnitudo, cuius haec, scilicet puncta et lineae, sunt ultima, erat materia secundum Platonicos.

Source: Aristotle, *De Caelo,* III, 1 [298b 33 - 299a 1; 299a 6-11; 300a 1]; De *Gen. et Cor.,* I, 2 [315b 24 - 316a 4]; *Phy.,* IV, 2 [209b 6-13].

[7] *In* I *De Gen. et Cor.,* 13 [S 93]
Tertio ibi: Quam nunquam etc., ostendit communiter quod nihil horum potest esse materia corporum. Quia scilicet, secundum eos [sc. Platonicos], mathematica sunt separata a formis naturalibus et passionibus sensibilibus, sicut secundum intellectum, ita et secundum esse; sed materia non potest separari a formis naturalibus et passionibus sensibilibus; ergo impossibile est quod aliquid mathematicorum sit materia corporum naturalium.

Primo ergo proponit medium suae rationis, dicens: quam, scilicet materiam, neque possibile est esse sine passione, idest passibili qualitate, neque sine forma, vel morphe, quod idem est: sine quibus tamen, secundum Platonicos, sunt mathematica.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15].

C. OTHER COMMENTARIES

Quaestiones super librum Boetii De Trinitate

[1] *In B. de Trin.,* 1, 4, *arg. 8 et ad 8*

Item. Platonici non habuerunt cognitionem de Deo nisi per rationem. Sed ipsi posuerunt ad minus duas personas, scilicet Patrem et Mentem ab ipso genitam, qui omnium rerum rationes continet, quod nos dicimus de Filio. Ergo et ratione naturali potest personarum pluralitas cognosci.

Ad octavum dicendum, quod Platonicorum positio nihil facit ad propositum secundum rei veritatem, quamvis videatur facere secundum verba. Non enim posuerunt quod illa mens esset ejusdem essentiae cum Deo Patre, sed quod esset quaedam alia substantia separata a prima procedens; et tertiam ponebant animam mundi, ut patet per Macrobium. Et quia omnes substantias separatas deos vocabant, inde est quod istas vocabant seu dicebant tres deos, ut dicit Augustinus 10 de civ. Dei. Quia tamen non ponebant aliquid Spiritui sancto simile, sicut Patri et Filio (anima enim mundi non est nexus illorum duorum secundum eos, sicut Spiritus sanctus Patris et Filii) ; ideo dicuntur in tertio signo defecisse, idest in cognitione tertiae personae. Vel dicendum, sicut communiter dicitur, quod cognoverunt duas personas quantum ad appropriata potentiae et sapientiae, non autem quantum ad propria. Bonitas autem quae Spiritui sancto appropriatur, maxime respicit effectus quos illi non cognoverunt.

Source: See *Source* under *In Sent.* [2].

[2] *In B. de Trin.,* 3, 4, *c.*

Respondeo dicendum, quod Arianorum positio, inaequalitatem in divinis personis constituens, non est catholicae fidei confessio, sed magis gentilis impietas: quod sic patet. Apud gentiles enim omnes substantiae immortales dii dicebantur. Inter has autem dicebant vel ponebant Platonici tres personas principales, ut patet per Augustinum de civ. Dei lib. 10, et per Macrobium super somnium Scipionis: scilicet Deum omnium creatorem, quem dicebant tantum Patrem propter hoc quod ab ipso omnia deducebantur; et quamdam inferiorem substantiam, quam paternam mentem, sive paternum intellectum dicebant, plenam omnium rerum ideis, et hanc factam a Deo Patre dicebant; et post haec ponebant animam mundi quasi spiritum vitae totius mundi. Et has tres substantias tres principales deos nominabant, et tria principia, per quae animae purgarentur. Orígenes autem Platonicis documentis insistens, arbitratus est, hoc modo in fide ponendum esse; quia dicitur 1 Joan. ult. 7: 'Tres sunt qui testimonium dant in caelo:' sicut Platonici tres principales substantias posuerunt: unde posuit Filium esse creaturam et minorem Patre in lib. qui dicitur Periarchon, idest de principiis, ut patet per Hieronymum in quadam epistola de erroribus Origenis.

Source: See *Source* under *In Sent.* [2].

[3] *In B. de Trin.,* 5, 2, *arg.* 1

Materia enim est individuationis principium. Sed nulla scientia est de individuis, sed de solis universalibus, secundum sententiam Platonis, quae ponitur in Porphyrio. Ergo scientia naturalis non est de his, quae sunt in materia.

Source: Boethius, *Porphyrii Intro. Translata* [CG IV, 31.22 - 32.23].

[4] *In B. de Trin.,* 5, 2, *c.*
Dicendum quod propter difficultatem huius quaestionis coactus est Plato ad ponendum ideas. Cum enim, ut dicit Philosophus in I Metaphysicorum, crederet omnia sensibilia semper esse in fluxu secundum opinionem Cratuli et Heracliti, et ita existimaret de eis non posse esse scientiam, posuit quasdam substantias a sensibilibus separatas, de quibus essent scientiae et darentur definitiones.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987a 29 - b 7].

[5] *In B. de Trin.,* 5, 3, *c.*
Et quia quidam non intellexerunt differentiam duarum ultimarum a prima, inciderunt in errorem, ut ponerent mathematica et universalia a sensibilibus separata, ut Pythagorici et Platonici.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15].

[6] *In B. de Trin.,* 5, 4, *arg. 2 et ad 2*
Praeterea, illud cui aliquo modo motus convenit, non est omnino a motu et materia separatum. Sed motus aliquo modo Deo convenit; unde dicitur Sap. VII. de spiritu sapientiae, quod est mobilis et mobilior omnibus mobilibus. Et Augustinus dicit VIII super Genes., quod Deus movet [se] sine tempore et loco; et Plato posuit primum movens movere seipsum. Ergo scientia divina, quae de Deo determinat, non est omnino a motu separata.

Ad secundum dicendum quod moveri [Deo] non attribuitur proprie, sed quasi metaphorice, et hoc dupliciter: uno modo, secundum quod improprie operatio intellectus vel voluntatis motus dicitur, et secundum hoc dicitur aliquis movere seipsum, quando intelligit vel diligit se, et per hunc modum potest verificari dictum Platonis, qui dixit, quod primus motor movet seipsum, quia scilicet intelligit et diligit se, ut Commentator dicit in VIII Physicorum;...

Source: Averroes, *In* VIII *Phy., com.* 40 [Z 357], and see *Source* under *In Sent.* [3],

Expositio in librum Boetii De Hebdomadibus

[1] *In B. de Hebd.*
Hoc etiam verum est secundum sententiam Platonis, qui posuit aliam esse ideam animalis, et bipedis hominis.
Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 26-28].

[2] *In B. de Hebd., 2*
Puta, secundum opinionem Platonis, ponamus formam immaterialem subsistere, quae sit idea et ratio hominum materialium, et aliam formam quae sit idea et ratio equorum:...

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 30-32]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].

Comm, in librum Dionysii de Divinis Nominibus

[1] *In De Div. Noni., Prooem.,* lia

Est autem considerandum quod beatus Dionysius in omnibus libris suis obscuro utitur stilo. Quod quidem non ex imperitia fecit, sed ex industria ut sacra et divina dogmata ab irrisione infidelium occultaret. Accidit etiam difficultas in praedictis libris, ex multis:

a) Primo, quidem, quia plerumque utitur stilo et modo loquendi quo utebantur platonici, qui apud modernos est inconsuetus. Platonici enim omnia composita vel materialia, volentes reducere in principia simplicia et abstracta, posuerunt species rerum separatas, dicentes quod est homo extra materiam, et similiter equus, et sic de aliis speciebus naturalium rerum. Dicebant, ergo, quod hic homo singularis sensibilis non est hoc ipsum quod est homo, sed dicitur homo participatione illius hominis separati. Unde in hoc homine sensibili invenitur aliquid quod non pertinet ad speciem humanitatis, sicut materia individualis et alia huiusmodi. Sed in homine separato nihil est nisi quod ad speciem humanitatis pertinet. Unde hominem separatum appellavit per se hominem, propter hoc quod nihil habet nisi quod est humanitatis; et principaliter hominem, inquantum humanitas ad homines sensibiles derivatur ab homine separato, per modum participationis. Sic etiam dici potest quod homo separatus sit super homines et quod homo separatus sit humanitas omnium hominum sensibilium, inquantum natura humana pure competit homini separato, et ab eo in homines sensibiles derivatur.1

Nec solum huiusmodi abstractione Platonici considerabant circa ultimas species rerum naturalium, sed etiam circa maxime communia, quae sunt bonum, unum et ens.

Ponebant, enim, unum primum quod est ipsa essentia bonitatis et unitatis et esse, quod dicimus Deum et quod omnia alia dicuntur bona vel una vel entia per derivationem ab illo primo. Unde illud primum nominabant ipsum bonum vel per se bonum vel principale bonum vel superbonum vel etiam bonitatem omnium bonorum seu etiam bonitatem aut essentiam et substantiam, eo modo quod de homine separato expositum est.2

Haec igitur Platonicorum ratio fidei non consonat nec veritati, quantum ad hoc quod continet de speciebus naturalibus separatis, sed quantum ad id quod dicebant de primo rerum Principio, verissima est eorum opinio et fidei Christianae consona.

Unde Dionysius Deum nominat quandoque ipsum quidem bonum aut superbonum aut principale bonum aut bonitatem omnis boni. Et similiter nominat Ipsum supervitam, supersubstantiam et ipsam Deitatem thearchicam, idest principalem Deitatem, quia etiam in quibusdam creaturis recipitur nomen deitatis secundum quamdam participationem.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 14; 16 [1039a 30-32; 1040b 32-34] ; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].

2. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *DeCon. Phil.,* I11,*Prosa X* [F90.127-137];*ProsaXl* [F91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Norn.,* 4, 1 [P 95]; 5, 1 [P 257];

5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].

[2] *In De Div. Nom.,* 1, 3 [94]

Est autem ulterius considerandum quod omnis effectus convertitur ad causam a qua procedit, ut Platonici dicunt. Cuius ratio est quia unaquaeque res convertitur ad suum bonum, appetendo illud; bonum autem effectus est ex sua causa, unde omnis effectus convertitur ad suam causam, appetendo ipsam. Et ideo postquam dixerat quod a Deitate deducuntur omnia, subiungit quod omnia convertuntur ad Ipsam per desiderium; et hoc est quod dicit: et omnia Ipsam desiderant.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 31 [V 278-279].

[3] *In De Div. Nom.,* 1, 3 [100]

Deinde, cum dicit: Et vere laudatur... excludit quorumdam errorem. Fuerunt enim quidam Platonici qui processiones perfectionum ad diversa principia reducebant, ponentes unum principium esse vitae, quod appellabant primam vitam, et aliud principium esse intelligendi, quod appellabant primum intellectum et aliud existendi quod appellabant primum ens et bonum. Et ad hoc excludendum, dicit quod Deus vere laudatur ut principalis substantia omnium, inquantum est principium existendi omnibus; et dicitur causa perfectiva omnium, inquantum dat omnes perfectiones rebus; et dicitur causa contentiva, custodia et cibus, quae tria ad conservationem rerum pertinere videntur.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V 491] ; and see *Source* 2 under *In De Div. Norn.* [1].

[4] *In De Div. Norn.,* 2, 1 [113]

Totum autem hic non accipitur secundum quod ex partibus componitur, sic enim Deitati congruere non posset, utpote Eius simplicitati repugnans, sed prout secundum Platonicos totalitas quaedam dicitur ante partes, quae est ante totalitatem quae est ex partibus; utpote si dicamus quod domus, quae est in materia, est totum ex partibus et quae praeexistit in arte aedificatoris, est totum ante partes. Et in hunc modum tota rerum universitas, quae est sicut totum ex partibus, praeexistit sicut in primordiali causa in ipsa Deitate; ut sic, ipsa Deitas Patris et Filii et Spiritus Sancti, dicatur tota, quasi praehabens in se universa.

Source: Eustratius, *In Eth. Nicom.,* I, 4 [CG 20,40.22-41.4] ; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 67 [V 290].

[5] *In De Div. Nom.,* 3, 1 [226]

Et ad huiusmodi nominationem accipiendam, considerandum est quod Platonici, materiam a privatione non distinguentes, ponebant eam in ordine non-entis,[1] ut dicit Aristoteles in I Physicorum. Causalitas autem entis non se extendit nisi ad entia. Sic igitur secundum eos causalitas entis non se extendebat ad materiam primam, ad quam tamen se extendit causalitas boni. Cuius signum est quod ipsa maxime appetit bonum. Proprium autem est effectus ut convertatur per desiderium in suam causam. Sic igitur bonum est universalior et altior causa quam ens, quia ad plura se extendit eius causalitas.[2]

Source: I. Aristotle, *Phy.,* 1, 8 [192a 2-6].
2. Proclus, *Elementalio Theologica,* intcrp. Moer., *Prop.* 31 |\' 278]; *Prop.* 60 [V 287-288]; *Prop.* 72 [V 292].

[6] *In De Div. Norn.,* 3, 1 [241]
Ad hoc autem quod ista exempla ad propositum adaptentur, conside randum quod circa orationem secundum quinque opiniones oportcl diversimode iudicare:... e) quinta fuit opinio quorumdam Platonico* rum dicentium quod divina Providentia immutabilis est, sed sub ca icu aliquae mutabiliter et contingenter continentur.

Source: A similar theory is attributed to Plato by Nemesius *{De Nul. Hom.,* 38 [PG 40, 753; 756]).

[7] *In De Div. Norn.,* 4, 1 [276]
Et dicuntur intelligibiles, inquantum sunt actu secundum suam naturam et intellectuales, inquantum actu intelligunt; quamvis Platonici in substantiis separatis distinguerent intelligibilia ab intellectualibus. Nam intellectus per participationem intelligibilis fit intelligens et ideo intelligibile est magis abstractum et altius.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V4911 ; *Prop.* 161 [V 512-513]; *Prop.* 163 [V 513],

[8] *In De Div. Norn.,* 4, 2 [295]
Deinde, cum dicit: Si autem... prosequitur de materia prima. Circa quod considerandum est quod Plato correxit errorem antiquorum naturalium, qui non distinxerunt inter materiam et formam in rebus generabilibus et corruptibilibus, ponentes primam materiam esse aliquod corpus in actu, ut ignem aut aerem aut aliquod huiusmodi.1 Intellexit enim Plato formae corporali subesse materiam quae in sui essentia non habet aliquam speciem;2 sed tamen materiam a privatione non distinxit,3 ut Aristoteles dicit in I Physicorum. Unde tam ipse quam sui sectatores materiam appellabant 'non-ens,'3 propter privationem adiunctam. Et hoc modo loquendi etiam Dionysius utitur, quamvis secundum Aristotelem necessarium sit materiam a privatione distinguere, quia materia quandoque invenitur sub forma, quandoque sub privatione; unde privatio adiungitur ei per accidens.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [988a 18 - 988b 6].
2. See *Source* under *In Meta.* [28].
3. Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].

[9] *In De Div. Norn.,* 4, 2 [296]
Item, considerandum est, secundum Platonicos, quod quanto aliqua causa est altior, tanto ad plura se extendit eius causalitas. Unde oportet quod id quod est primum subiectum in effectibus, idest materia prima, sit effectus solius primae Causae quae est bonum, causalitate secundarum causarum usque ad hoc non pertingente. Omne autem causatum convertitur in suam causam per desiderium, unde materia prima desiderat bonum, secundum quod desiderium nihil aliud esse videtur quam privatio et ordo ipsius ad actum.

Source: *Liber De Causis,* 1 [B 163.3-4].

[10] *In De Div. Nom.,* 4, 5 [340]
Quomodo autem Deus sit causa claritatis, ostendit subdens, quod Deus

immittit omnibus creaturis, cum quodam fulgore, traditionem sui radii luminosi, qui est fons omnis luminis; quae quidem traditiones fulgidae divini radii, secundum participationem similitudinis sunt intelligendae et istac traditiones sunt pulchrificae, idest facientes pulchritudinem in rebus. Rursus exponit aliud membrum, scilicet quod Deus sit causa consonantiae in rebus; est autem duplex consonantia in rebus: prima quidem, secundum ordinem creaturarum ad Deum et hanc tangit cum dicit quod Deus est causa consonantiae, sicut vocans omnia ad seipsum, inquantum convertit omnia ad seipsum sicut ad finem, ut supra dictum est et propter hoc pulchritudo in graeco callos dicitur quod est a vocando sumptum; secunda autem consonantia est in rebus, secundum ordinationem earum ad invicem; et hoc tangit cum subdit, quod congregat omnia in omnibus, ad idem. Et potest hoc intelligi, secundum sententiam Platonicorum, quod superiora sunt in inferioribus, secundum participationem; inferiora vero sunt in superioribus, per excellentiam quamdam et sic omnia sunt in omnibus; et ex hoc quod omnia in omnibus inveniuntur ordine quodam, sequitur quod omnia ad idem ultimum ordinentur.

Source: *Liber De Causis,* 11 [B 175]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 103 [V 492].

111] *In De Div. Nom.,* 4, 21 [550]

Quidam ergo posuerunt naturam universalem esse aliquid separatum, communiter se habens ad omnia naturalia, sicut homo separatus, secundum Platonicos, communiter se habet ad homines singulares. Sed quia species rerum non sunt separatae, sed ipsae formae in materia existentes sunt principia actionum, ut probatur in VII Metaphys., melius est dicendum quod natura universalis dicitur vis activa primi corporis, quod est primum in genere causarum naturalium.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 21 [V 273-274]; *Prop.* 109 [V 494].

112] *In De Div. Norn.,* 4, 21 [559]

Circa primum, sciendum est quod apud multos antiquorum vulgariter dicebatur quod materia est secundum se mala et hoc ideo quia non distinguebant inter privationem et materiam; privatio autem est non-ens et malum. Unde, sicut Plato, dicebant materiam esse non-ens et ita quidem materiam esse secundum se malam. Sed Aristoteles in I Physic, dicit quod materia non est non-ens nec malum, nisi per accidens, idest ratione privationis quae ei accidit; et hoc est etiam quod hic Dionysius dicit quod in materia non est malum, secundum quod est materia; et hoc probat tribus rationibus;...

Source: Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].

113] *In De Div. Nom.,* 5, 1 [606]

Postquam Dionysius tractavit de bono in 4° capitulo, hic in 5° determinat de ente; de quo determinat primum post bonum, quia bonum quodammodo ad plura se extendit, ut Platonici dixerunt: nam etiam non existons actu, quod est ens in potentia, ex hoc ipso quod habet ordinem ad bonum, habet rationem boni; sed causalitatem entis participat quando fit ens actu. Et quia quidam ponebant res fieri in actu, secundum aliquod exemplum alicuius formae praeexistentis, ideo in

capitulo de ente, determinat etiam et de exemplis ad quae sunt entia, ut ex titulo patet.

Source: See *In De Div. Nom.* [5].

[14] *In De Div. Nom.,* 5, 1 [612]
Deinde, cum dicit: Non autem... excludit errorem quorumdam Platonicorum qui universales effectus in intelligibiliores causas reducebant. Et quia videbant effectum boni universalissimum esse, dicebant suam causam esse ipsum bonum quod effundit bonitatem in omnia, et sub ea ponebant aliam causam quae dat vitam et sic de aliis et huiusmodi principia dicebant deos.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V491]; *Prop.* 60 [V 287-288] ; *Prop.* 139 [V 505] ; *Prop.* 12 [V 269-270].

[15] *In De Div. Norn.,* 5, 1 [625]
Deinde, enumerat ea quae ad esse pertinere videntur: et primo, ponit duo universalia: scilicet existens et mentem, idest intellectum. Nam mens comprehensiva est totius esse. Sed quia mens, idest intellectus non fit actu intelligens nisi per participationem intelligibilis quod est ipsum existens, posuerunt Platonici quod ipsum existens, quod separatum ponebant, est supra intellectum creatum primum, sicut intelligibilc est ante intelligens et participatum ante participans. Et propter hoc, Dionysius hic dixit, quod Deus est et ipsius existentis causa creatrix et ipsius mentis.

Source: *Liber De Causis,* 4 [B 166.19-21]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 161 [V 513]; *Prop.* 163 [V 513]; *Prop.* 164 [V 514]; *Prop.* 167 [V 514-515].

[16] *In De Div. Norn.,* 5, 1 [634]
Ad cuius evidentiam sciendum est quod Platonici, quos multum in hoc opere Dionysius imitatur, ante omnia participantia compositionem, posuerunt separata per se existentia, quae a compositis participantur; sicut ante homines singulares qui participant humanitatem, composuerunt hominem separatum sine materia existentem, cuius participatione singulares homines dicuntur.[1] Et similiter dicebant quod, ante ista viventia composita, esset quaedam vita separata, cuius participatione cuncta viventia vivunt, quam vocabant per se vitam; et similiter per se sapientiam et per se esse.[2] Haec autem separata principia ponebant ab invicem[3] diversa a primo principio quod nominabant per se bonum et per se unum.[4]

Source:
1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]. See *Source* under *S.T.* [56],
2. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V 491]; ['Per se sapientia' is supplied by the *littera].*
3. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].
4. See 3 above. Aho cf. Proclus, *op. cit., Prop.* 12 [V 269-270]; *Prop.* 13 [V 270]; *Prop.* 115 [V 496]; *Prop.* 101 [V 491],

[17] *In De Div. Norn.,* 5, 1 [639]
Etiam si aliquis velit dicere, secundum opinionem Platonicorum, quod per se vita, idest vita quaedam separata sub Deo, sit principium viventium, inquantum sunt viventia et similium, per se similitudo et similiter de omnibus aliis participantibus, quaecumque participant hoc vel illo

vel ambobus vel mullis, semper invenies quod huiusmodi, licet participentur ab aliis, tamen ipsa etiam participant ipso esse, et primo intelliguntur ut participantes esse, quam quod sint principia aliorum, per hoc quod ab aliis participantur. Potest autem et hoc intelligi, secundum quod per se vita intelligitur ipsa vita quae inest viventibus, quae est formale viventibus principium et similiter de aliis. Ergo si ista quae sunt principia aliorum, non sunt nisi per participationem essendi, multo magis ea quae participant ipsis, non sunt nisi per participationem ipsius esse. Et sic patet quod Deus per ipsum esse omnia causât. Ex quo concludit principale intentum et dicit quod Deus, qui est per se bonitas et primo proponens idest tribuens rebus creatis hoc donum quod est per se esse, laudatur hoc nomine, quod est quasi a digniore et prima suarum participationum.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V 491].

118] *In De Div. Nom.,* 5, 1 [646]
Tertium exemplum ponit de natura universali, quae, secundum Platonem, est aliqua substantia separata;...

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 21 [V 273-274]; *Prop.* 109 [V 494].

[19] *In De Div. Nom.,* 5, 3 [664]
Circa primum, considerandum est quod Platonici, ponentes Deum esse totius esse causam,1 quia credebant quod idem non posset esse causa plurium, secundum propria in quibus differunt, sed solum secundum id quod est omnibus commune,2 posuerunt quasdam secundas causas per quas res ad proprias naturas determinantur et quae communiter esse a Deo recipiunt et has causas exemplaria rerum vocabant, sicut exemplar hominis dicebant quemdam hominem separatum, qui esset causa humanitatis omnibus singularibus hominibus; et similiter de aliis.3

Source: 1. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 4 [F]; X, 31 [A-B]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 12 [V 269-270]. See also *Source* 3 under *S.T.* [3].
2. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 21 [V 273-274].
3. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 20 - b 1]; VII, 8; 14; 16 [1033b 19 - 1034a 8; 1039a 30-32; 1040b 32-34]; XII, 4 [1071a 17-30]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3],

[20] *In De Div. Norn.,* 11,4 [931-933]
Deinde, cum dicit: Hoc autem... excludit erroneum intellectum. Ad cuius evidentiam sciendum est quod Platonici, ponentes ideas rerum separatas,1 omnia quae sic in abstracto dicuntur, posuerunt in abstracto subsistere2 causas secundum ordinem quemdam;3 ita scilicet quod primum rerum principium dicebant esse per se bonitatem et per se unitatem et hoc primum principium, quod est essentialiter bonum et unum, dicebant esse summum Deum.4 Sub bono autem ponebant esse, ut supra dictum est et sub esse ponebant vitam et sic de aliis. Et ideo dicebant sub summo Deo, esse quamdam divinam substantiam quae nominatur per se esse et sub hac aliam, quae nominatur per se vita.5
Hoc ergo excludere intendens, dicit quod id quod supra dixerat,

quod per se esse ct per se vita primo a Deo subsistunt, non est aliquid erroneum, sed est rectum et planas manifestationes habens: non enim nominamus per se esse aliquam substantiam divinam aut angelicam, quae sit causa essendi omnibus; addit autem angelicam, quia quos Platonici deos secundos dicebant, nos Angelos nominamus.[6] Solum enim ipsum esse supersubstantiale divinum est principium et substantia et causa quod omnia existentia sint: ut hoc quod dicit principium referatur ad ordinem naturae, secundum quod esse divinum praecedit omnia entia; substantia, vero, importet rationem exemplaris: id enim cuius substantia est suum esse, est exemplar omnium existentium; quod autem dicitur causa pertinet ad hoc quod dat esse existentibus. Similiter autem cum dicimus per se vitam, non intelligimus quamdam deitatem causativam vitae, quae sit alia praeter vitam summi Dei, qui est causa omnium quae vivunt et etiam ipsius per se vitae.

Et ut in summa omnia colligamus, non dicimus esse aliquas essentias et hypostases separatas quae sint principia rerum et creatrices earum, quas Platonici dixerunt esse deos existentium et creatores, quasi per se operantes ad rerum productionem.[7] Huiusmodi autem deos, si vere et proprie loqui volumus, dicamus non existere in rebus; neque illi qui tales deos posuerunt, per aliquam certitudinem scientiae hoc invenerunt aut ipsi aut patres eorum; quia neque primi Platonici neque posteriores, huius rei scientiam per certas et firmas scientias accipere potuerunt, sed per quasdam humanas rationes decepti sunt ad opinandum.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-19].
2. *Ibid.* [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard. *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15 - 26.15].
3. St. Thomas connects this doctrine with Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 27-29],
4. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3] ; Boethius, *De Con. Phil.,* III, *Prosa* X [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Soin. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257] ; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].
5. Proclus, *op. cit., Prop.* 92 [V 299]; *Prop.* 101 [V 491].
6. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793; 796] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 23; XII, 16 [C; D]; Plato, *Timaeus,* interp. Chah, 15-16 [D II, 168-169] ; *Liber De Causis,* 3 [B 165.1-3; 166.15]; 18 [B 180.9],
7. *Littera.*

[21] *In De Div. Nom.,* 13, 2 [981]

Patet ergo ex praemissis, quod unum quinque modis habet rationem principii: uno modo, sicut participatum participantium;[1] alio modo, sicut universale a quo non convertitur consequentia essendi.[2] Et hi duo modi procedunt secundum opinionem Platonis.

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 24 [V 275].
2. See Aristotle, *Meta.,* V, 11 [1019a 1-4] and St. Thomas' comment {*Lectio* 13 [950]).

122] *In De Div. Nom.,* 13, 3 [994]
Est autem considerandum quoti Platonici posuerunt Deum summum esse quidcin super ens et super vitam et super intellectum, non tamen super ipsum bonum quod ponebant primum principium. Sed ad hoc excludendum, Dionysius subdit quod neque ipsum nomen bonitatis afferimus ad divinam praedicationem, sicut concordantes ipsi, quasi hoc nomen per quamdam aequiparantiam Ei respondeat. Sed quia desiderabile est nobis ut de illa ineffabili Dei natura aliquid quantumcumque modicum intelligamus et dicamus, consecramus Deo, primo et principaliter, dignissimum nominum, quod est bonum.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 92 [V 299]; *Prop.* 101 [V 491],

In librum de Causis Expositio

[1] *In L. De Causis,* 1
Et in graeco quidem invenitur, scilicet traditus liber Proculi Platonici, continens ducentas et novem propositiones, qui intitulatur Elevatio theologica. In arábico vero invenitur hic liber, qui apud latinos de Causis dicitur, quem constat de arabico esse translatum, et in graeco penitus non haberi. Unde videtur ab aliquo philosophorum arabum ex praedicto libro Proculi excerptus; praesertim quia omnia quae in hoc libro continentur, multo plenius et diffusius continentur in illo.

Source: The conclusion is the result of St. Thomas' own comparison of the two works.

[2] *In L. De Causis,* 2
Quaecumque igitur res cum indeficientia essendi habet immobilitatem, et est absque temporali successione, potest dici aeterna: et secundum hunc modum substantias immateriales separatas Platonici et Peripatetici aeternas dicebant, superaddentes ad rationem aeternitatis, quod semper esse habuit, quod fidei Christianae non est consonum;...

Source: *Littera.* Cf. St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 8 [E]; X, 31; Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 7-12 [E 616-618].

[3] *In L. De Causis,* 2
Proculus enim hanc propositionem inducit secundum platonicorum suppositiones, qui universalium abstractionem ponentes,[1] quanto aliquid est abstractius et universalius, tanto prius esse ponebant. Manifestum est enim quod haec dictio aeternitas abstractius est quam aeternum. Nam nomine aeternitatis ipsa essentia aeternitatis designatur. Nomine autem aeterni, id quod aeternitatem participat.[2] Rursumque ipsum esse communius est quam aeternitas: omne enim aeternum est ens, non autem omne ens est aeternum. Unde per dicta, ipsum esse separatum est ante aeternitatem; id autem quod est cum aeternitate est ipsum esse sempiternum. Id autem quod est aeternitatem participans, et quasi post aeternitatem, est omne id quod esse aeternum participat.[3] Sed hujus libri auctor in primo quidem aliqualiter cum praedictis propositionibus concordat. Unde exponit, quod esse quod est ante aeternitatem, est causa prima, quoniam est causa aeternitati. Et ad hoc probandum inducit quod in ipsa, idest aeternitate, est omne acquisitum

idest participatum. Et hoc probat, quia ca quae sunt minus communia participant ea quae sunt magis communia: aeternitas autem est minus commune quam esse. Unde subdit: Et dico, quod omnis aeternitas est esse: sed non omne esse est aeternitas, ergo esse est plus commune quam aeternitas. Sic igitur probat auctor quod aeternitas participat esse: ipsum autem esse abstractum est causa prima, cujus substantia est suum esse. Unde relinquitur quod causa prima est causa a qua acquiritur esse sempiternum cuique rei semper existent!. Sed in aliis duobus membris divisionis recedit auctor hujus libri ab intentione Proculi, et magis accedit ad communes sententias et platonicorum,[4] ct peripateticorum. Exponit enim secundum gradum qui cum aeternitate est intelligentia. Quia enim aeternitas, ut dictum est, importat indeficientiam cum immobilitate, illud quod secundum omnia est indeficiens et immobile, totaliter attingit aeternitatem. Ponitur autem secundum praedictos philosophos, quod intelligentia sive intellectus separatus habet indeficientiam et immobilitatem, et quantum ad esse, et quantum ad virtutem, et quantum ad operationem:[3] unde centesima sexagesima nona propositio Proculi est: Omnis intellectus in aeternitate substantiam habet, et potestatem, et operationem. Et secundum hoc probatur hic, quod intelligentia est cum aeternitate: quia est omnino secundum habitudinem unam, ita quod non patiatur aliquam alteritatem, nec virtutis nec operationis, neque destruitur secundum substantiam. Et propter hoc etiam postea dicit quod parificatur aeternitati, quoniam extenditur cum ea et non alteratur. Quia scilicet ad omne id quod est intelligentiae, aeternitas se extendit. Tertium vero gradum exponit dc anima quae habet esse superius, idest supra motum et tempus: hujusmodi enim anima magis appropinquat ad motum quam intelligentia: quae ut intelligentia non attingitur a motu neque secundum substantiam, neque secundum operationem: anima autem secundum substantiam quidem excedit tempus et motum et attingit aeternitatem: sed secundum operationem attingit motum: quia ut philosophi probant oportet omne quod movetur ab aliquo reduci in aliquod primum quod seipsum movet.[5]...

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15].
2. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 53 [V 285],
3. *Ibid., Prop.* 88 [V 298].
4. *Littera.* Proclus, *op. cit., Prop.* 169 [V 515-516],
5. See *Source* under *In Sent.* [3].

[4] *In L. De Causis,* 3

Ex quo patet, quod anima nobilis dicitur hic anima divina. Ad cujus evidentiam sciendum est quod Plato posuit universales rerum formas separatas per se subsistentes.[1] Et quia hujusmodi formae universales universalem quamdam causalitatem habent, secundum ipsam habent particularia entia quae ipsa participant.[2] Ideo omnes hujusmodi formas subsistentes Deos vocabat.[3] Nam hoc nomen Deus universalem quamdam providentiam et causalitatem importat.[4] Inter has tamen formas hunc ordinem ponebat; quod quanto aliqua forma est univer-

salior, tanto est magis simplex et prior causa: participatur enim a posterioribus formis.[5] Sicut si ponamus animal participari ab homine et vitam ab animali, ct sic <lc aliis. Ultimum autem quod ab omnibus participatur, ct ipsum nihil aliud participat, est ipsum unum et bonum separatum, quod dicebat summum Deum et primam omnium causam.[6] Unde et in libro Proculi inducitur propositio centesimadecimasexta talis. Omnis Deus participabilis est, idest participat, excepto uno. Et quia hujusmodi formae quas Deos dicebant, sunt secundum se intelligentes,[7] intellectus autem fit actu intelligens per speciem intelligibilem; sub ordine Deorum, idest praedictarum formarum, posuerunt ordinem intellectuum qui participent formas praedictas ad hoc quod sint intelligentes, inter quas formas est etiam intellectus idealis.[8] Sed intellectus praedicti participant praedictas formas secundum modum immobilem inquantum intelligunt eas.[9] Unde sub ordine intellectuum ponebant tertium ordinem animarum, quae mediantibus intellectibus participant formas praedictas secundum motum, inquantum scilicet sunt principia corporalium motuum, per quos superiores formae participant in materia corporali: et sic quartus ordo rerum est ordo corporum.[10] Inter intellectus autem superiores quidam dicebant esse divinos intellectus: inferiores autem intellectus quidem sed non divinos, quia intellectus idealis qui est per se Deus secundum eos, participatur quidem a superioribus intellectibus secundum utrumque, scilicet secundum quod est intellectus, et secundum quod est Deus; ab inferioribus vero intellectibus secundum quod est intellectus tantum; et ideo non sunt intellectus divini. Sortiuntur enim intellectus superiores non solum quod sint intellectus, sed etiam quod sint divini.[11] Similiter et cum animae applicentur diis mediantibus intellectibus quasi propinquioribus, ipsae etiam animae superiores sunt divinae propter intellectus divinos quibus applicantur vel quos participant: inferiores autem animae veluti applicatae intellectibus non divinis sunt non divinae.[12] Et quia corpora non recipiunt motum nisi per animam, consequens est etiam ut superiora corpora sint divina secundum eos, et inferiora corpora non divina.[13]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 24-33].
2. See *Source* under *S.T.* [56].
3. St. Thomas identifies these Forms as in the Divine order of Proclus which lies between intellect and the One. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 129 [V 501-502].
4. *Ibid., Prop.* 113 [V 495]; *Prop.* 120 [V 498],
5. *Ibid., Prop.* 60 [V 287-288]; *Prop.* 126 [V 500-501] ; *Prop.* 24 [V 275].
6. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3] ; Boethius, *DeCon. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137] ; *Prosa* XI [F 91-95] ; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Norn.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257] ; 5, 3 [P 259-260] ; 13, 2 [P 439-444] ; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270],
7. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 124 [V 500].
8. *Ibid., Prop.* 166 [V 514]; *Prop.* 167 [V 514-5151.
9. *Ibid., Prop.* 169 [V 515-516],

10. *Ibid., I'rof>.* 129 |V 501-502]; *Prop.* 191 [V 524]; *Prop.* 191 [V 525]; *Prop.* 195 [V 525]; *Prop.* 201 [V 527].
11. *Ibid., Prop.* 181 [V 520-521].
12. *Ibid., Prop.* 184 [V 521].
13. *Ibid., Prop.* 129 [V 501-502]; *Prop.* 20 [V 273]; *Prop.* 165 [V 514],

[5] *In L. De Causis,* 3

Secundum hoc igitur dicitur anima nobilis, idest divina anima caelestis corporis secundum opinionem Platonicorum, qui posuerunt caelum animatum.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22]; III, 4 [CSEL 48, 209.1-2] ; IV, 6 [CSEL 48, 257.9-10]; 7 [CSEL 48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].

[6] *In L. De Causis,* 3

Sed hoc est contra positiones Platonicas, hujusmodi enim causalitatcs simplicium entium ponebant secundum participationem. Participatur autem, non quidem id quod est participans, sed id quod est primum, per essentiam scilicet tale: puta si albedo esset separata, ipsa albedo simplex esset causa omnium alborum inquantum sunt alba, non autem aliquid albedine participans.[1] Secundum hoc ergo Platonici ponebant, quod id quod est ipsum esse, est causa existendi omnibus; id autem quod est ipsa vita, est causa vivendi omnibus; id autem quod est ipsa intelligentia, est causa intelligendi omnibus.[2]

Source: 1. St. Thomas sees the Platonic relationship of particulars to separated causes in accordance with the fundamental pattern of participation set up in the First Book of Aristotle's *Metaphysics.* The standard examples are, therefore, the relationship of man to the separated *homo per essentiam.* See Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 9-10]; (the albedo example) [991a 14-16; 991b 3-4; 992a 24-29]; VII, 14; 16 [1039a 30-32; 1040b 32-34]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3],

2. Proclus, *Elementado Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V 491] ; Dionysius, *De Div. Nom.,* 11,6 [P 344-345].

[7] *In L. De Causis,* 3

Unde Proculus dicit decimaoctava propositione sui libri: omne dans esse aliis, ipsum primo est hoc quod tradidit recipientibus durationem.[1] Cui sententiae concordat quod Aristoteles dicit in secundo Metaphysicorum, quod illud quod est primum et maxime ens, est causa subsequendum. Est ergo intelligendum quod ipsa essentia animae secundum praedicta, causata est a causa prima, quae est suum ipsum esse: sed consequentes participationes habet ab aliquibus posterioribus principiis: ita scilicet quod vivere habet a prima vita, et intelligere a prima intelligentia.[2] Unde etiam in vigesimaoctava propositione hujus libri dicitur: 'Res omnes habent essentiam per ens primum, et res vivae sunt per vitam primam, et res intellectuales habent scientiam propter intelligentiam primam.'[3] Sic ergo intelligit quod prima causa causavit esse animae mediante intelligentia: quod causa prima sola causavit essentiam animae: sed quod anima sit intellectualis, hoc habet ex operatione intelligentiae. Et hic sensus ostenditur manifeste per verba quae sequun-

tur. Postquam ergo, inquit, causavit causa prima cssc animae posuit eam sicut stramentum intelligentiae, idest substravit eam operationi intelligentiac, ut scilicet intelligentia agat in ipsam operationem, scilicet dans ei ut sit intellectualis. Unde concludit quod propter hoc anima intellectualis efficit operationem intellectualem. Et hoc etiam concordat cum eo quod dictum est in prima propositione, quod effectus causae primae praeexistit effectui causae secundae, et universalius diffunditur. Esse enim quod est communissimum, diffunditur in omnia a causa prima: sed intelligere communicatur ab omnibus intelligentia: sed quibusdam praesupponendo esse quod habet a prima causa. Sed etiam haec propositio, si non sane intelligatur, repugnat veritati et sententiae Aristotelis; qui arguit in primo Metaphysicorum contra Platonicos ponentes hujusmodi ordinem causarum separatarum secundum ea quae de individuis praedicantur, quod sequitur quod Socrates erit multa animalia, scilicet ipse Socrates et homo separatus et etiam animal separatum; homo enim separatus participat animal, et ita est animal: Socrates autem participat utrumque, unde et est homo et est animal.[4] Non igitur Socrates esset vere unum si ab alio haberet quod esset animal, et ab alio quod esset homo. Unde cum esse intellectuale pertineat ad ipsam naturam animae, utpote essentialis differentia ejus; si ab alio habet esse, et ab alio naturam intellectivam, sequeretur quod non esset unum simpliciter. Oportet ergo dicere, quod a prima causa a qua habet essentiam, habet etiam intellectualitatem. Et hoc concordat sententiae Dionysii supra positae; scilicet quod non aliud sit ipsum bonum, ipsum esse, et ipsa vita, et ipsa sapientia: sed unum et idem, quod est Deus: a quo derivatur in res et quod sint et quod vivant, et quod intelligant, ut ipse ibidem dicit. Unde et Aristoteles in duodecimo Metaphysicorum, signanter attribuit Deo et intelligentiam et vivere, dicens quod ipse est vita et intelligentia, ut excludat praedictas Platonicas propositiones. Aliquo tamen modo potest habere veritatem, si referatur non ad naturam intellectualem, sed ad formas intelligibiles quas animae intellectivae recipiunt per operationem intelligentiarum; unde Dionysius dicit 10 cap. de Divinis nominibus, quod animae per angelos fiunt participes illuminationum a Deo emanantium.

Source: 1. Proclus, *Elementado Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 18 [V 272].
2. See *Source* under *In De Causis* [6].
3. B 17; Parma, 18.
4. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 27-29].

[8] *In L. De Causis,* 4

Cujus quidem ratio est secundum positiones Platonicas, quia sicut supra dictum est, quanto aliquod est communius, tanto ponebant illud esse magis separatum, et quasi prius a posterioribus participatum, et sic esse posteriorum causam;[1] in ordine autem eorum, quae de rebus dicuntur, communissimum ponebat unum, et bonum communius etiam quam ens, quia bonum vel unum de aliquo invenitur praedicari, de quo non praedicatur ens secundum eos,[2] scilicet de materia prima quam Plato conjungebat cum non ente,[3] non distinguens inter materiam et privationem, ut habetur in primo Physicorum:[4] et tamen materiae attribuebat unitatem et bonitatem inquantum habet ordinem ad formam. Bonum enim non solum dicitur de fine, sed de eo quod est ad

fmcm. Sic igitur summum ct primum rerum principium ponebant Platonici ipsum unum et ipsum bonum separatum.5 Sed post unum ct bonum nihil invenitur ita commune sicut ens; et ideo ipsum ens separa tum ponebant quidem creatum, utpote participans bonitatem et unitatem in numero, ponebant ipsum primum inter omnia creata.0 Dionysius autem ordinem quidem separatorum abstulit, sicut supra dictum est, ponens eumdem ordinem quem et Platonici in perfectionibus quas ceterae res participant ab uno principio quod est Deus: unde in 4 cap. de Divinis Nominibus praeordinat nomen boni in Deo omnibus divinis nominibus, et dicit quod ejus participatio usque ad non ens extenditur; intelligens per non ens materiam primam. Dicit enim: et si fas est dicere, bonum quod est super omnia existentia et ipsum non existons desiderat. Sed inter ceteras perfectiones a Deo participatas in rebus in primo ponit esse. Sicut enim dicit 2 cap. de Divinis nominibus, ante alias Dei participationes esse propositum est: et est ipsum secundum se esse senius, eo quod est per se vitam esse, et eo quod est per se sapientiam esse, et eo quod est per se divinam similitudinem esse. Secundum quem modum etiam auctor hujus libri hic intelligere videtur. Dicit enim quod hujus ratio est, quia esse est supra sensum, et supra animam, et supra intelligentiam. Et quod sit supra ista, ostendit subdens, 'Et non est post causam primam latius,' idest aliquid communius, et per consequens neque prius causatum ipso. Causa autem prima est latior, quia extendit etiam se ad non entia secundum praedicta. Et ex hoc concludit quod propter illud quod dictum est, ipsum esse, factum est superius omnibus rebus creatis, scilicet inter ceteros Dei effectus communius est, et est vehementius unum et magis simplex. Nam ea quae sunt minus communia, videntur se habere ad magis communia per modum additionis cujusdam. Videtur tamen non esse ejus intentio, ut loquatur de aliquo esse separato, sicut Platonici loquebantur7 de esse participato communiter in omnibus existentibus, sicut loquitur Dionysius; sed de esse participato in primo gradu entis creati quod est esse superius. Et quamvis esse superius sit et in intelligentia et in anima, tamen in ipsa intelligentia prius consideratur ipsum esse quam intelligentiae ratio, et similiter est in anima. Et propter hoc praemisit quod est super animam et supra intelligentiam. De hoc igitur esse in intelligentiis participato rationem assignat, quare sit maxime unitum: dicit enim quod hoc contingit propter propinquitatem suam primae causae, quae est esse purum subsistens, et est vere unum non participatum, in quo non potest aliqua, multitudo inveniri differentiam secundum essentiam: quod autem est propinquius ei quod est per se unum, est magis unitum, quia magis participans unitatem. Unde intelligentia, quae est propinquissima causae primae, habet esse maxime unitum.

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 60 [V 287-288]; *Prop.* 126 [V 500-501]; *Prop.* 24 [V 275],
2. *Ibid., Prop.* 138 [V 505].
3. Aristotle, *Phy.,* I, 8 [192a 2-6].
4. *Ibid.*
5. Boethius, *De Con. Phil.,* HI, *Prosa* XI [F 91-94]; Proclus, *op. cit., Prop.* 13 [V 270]; *Prop.* 119 [V 497-498],
6. *Liber De Causis,* 4 [B 166.19]; 'Prima rerum creatarum est esse...' Proclus, *op. cit., Prop.* 138 [V 505].
7. *Ibid., Prop.* 101 [V 491].

1!)J *In L. De Causis,* 4
Ostendit rationem distinctionis quae potest esse in intelligentiis secundum esse. Ubi considerandum est, quod si aliqua forma vel natura sit omnino separata simplex, non potest in ea cadere multitudo: sicut si aliqua albedo esset separata, non esset nisi una: nunc autem inveniuntur multae albedines diversae, quae participant albedinem. Sic igitur si esse causatum primum esset esse abstractum, ut Platonici posuerunt,1 tale esse non posset multiplicari, sed esset unum tantum. Sed quia esse causatum primum est esse participatum in natura intelligentiae, multiplicabile est secundum diversitatem participantium.

Source: 1. In accordance with the general argument of the Platonists, Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15],

[10] *In L. De Causis,* 4
Circa primum considerandum est, quod sicut supra dictum est, Platonici ponebant formas rerum separatas per quarum participationem intellectus fierent intelligentes actu, sicut per earum participationem materia corporalis consistit in hac vel illa specie.

Source: See *Source* under *S.T.* [56].

[11] *In L. De Causis,* 5
Si ergo loquamur de anima per se stante, scilicet intellectuali quacumque sive caelesti (si ponantur corpora caelestia animata secundum quod auctor hujus libri supponit) sive de anima humana ex parte ipsius animae; tunc secundum radices propositionum plurimarum quas in multis auctor hujus libri sequitur, talis anima est ex impressione intelligentiae: quia, sicut supra dictum est in tertia propositione, Platonici posuerunt, quod ab alio principio causatur in aliqua re id quod est commune, et ab alio inferiori principio id quod est magis proprium. Secundum hoc igitur anima per se stans suum esse habet a prima causa: quod autem sit intellectualis, et quod sit anima, habet a secundis causis quae sunt intelligentiae.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer.,'*Prop.* 101 [V 491].

[12] *In L. De Causis,* 5
In hoc autem melius sentit auctor hujus libri attribuens corruptibilitatem horum corporum debilitati impressionis ipsius animae, quam Platonici, qui posuerunt etiam animam humanam habere quoddam corpus incorruptibile sibi semper unitum.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 196 [V 525],

113] *In L. De Causis,* 6
Per hoc autem quod dicit quod ens intelligit omnem formam idealem secundum Platonicorum positiones, puta per se hominem, per se vitam et caetera hujusmodi, quae deos dicebant,1 ut supra dictum est: hujusmodi autem habens unitatem secundum ipsos super-substantialem,2 quae extendunt omnia subjecta participari; et ideo dicit, quod neque dici, neque cognosci potest unumquodque eorum ab inferioribus: sed a superioribus cognosci possunt: puta idea vitae cognosci potest ab

idea entis. Et quamvis non possint perfecte cognosci vel dici ab inferioribus, aliqualiter tamen capi et cognosci possunt a participantibus, idest per participantia; sicut per ea quae participant vitam aliquid cognoscitur de ipsa vita:3 sed illud quod est primum simpliciter, quod secundum Platonicos est ipsa essentia bonitatis,4 est penitus ignotum, quia non habet aliquid supra quod possit ipsum cognoscere: et hoc signat cum dicitur ametechum, idest non post existens alicui.3 Et quia auctor hujus libri non concordat cum Platonicis in positione aliarum naturarum separatarum idealium, sed ponit solum primum, ut supra dictum est, ideo praetermissis aliis, de hac causa prima dicit, quod est superior narratione.

Source: 1. St. Thomas identifies these Forms as in the Divine order of Proclus which lies between intellect and the One. Proclus, *Elementado Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 129 [V 501-502].
2. *Ibid., Prop.* 119 [V 497-498],
3. *Ibid., Prop.* 123 [V 499],
4. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3] ; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137] ; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *DeCiv. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P 95]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementalio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].

[14] *In L. De Causis,* 9

...bonitas enim pura dicitur bonitas non participata; scilicet ipsa essentia bonitatis subsistens, quam Platonici vocabant ipsum bonum: quod quidem essentialiter et pure et per se bonum oportet quod sit prima causa omnium: quia, ut Proculus probat, semper causa est melior causato. Unde oportet quod id quod est prima causa esse optimum: hoc autem est id quod est ipsa bonitatis essentia: unde oportet id quod est essentialiter bonum esse primam omnium causam. Et hoc est quod Dionysius dicit, 1 cap. de Divinis nominibus: quoniam autem Deus est ipsa bonitas essentia, per ipsum suum esse omnium est existentium causa. Unde et intelligentiae quae habent esse et bonitatem participatam, oportet quod dependeant a Deo, qui est ipsa bonitas pura, sicut effectus a causa.

Source: See *Source* 4 under *In De Causis* [13].

[15] *In L. De Causis,* 10

Circa primum ergo considerandum est, quod sicut jam diximus supra, Platonici ponentes formas rerum separatas, sub harum formarum ordine ponebant ordinem intellectuum. Quia enim omnis cognitio fit per assimilationem intellectus ad rem intellectam, necesse erat quod intellectus separati ad intelligendum participarent formas abstractas. Et hujusmodi participationes formarum sunt species vel formae intelligibiles, de quibus hic dicitur.1... oportet nos dicere, quod sicut Platonici ponebant intellectus separatos ex participatione diversarum specierum separatarum diversas intelligibiles species consequi,1... quia et Platonici ponebant secundum participationem idearum, et intellectus separatos res cognoscere, et materiam corporalem secundum diversas species variari.2

Source: 1. Proclus, *Elemental™ Theologica,* interp. Moer., *Props.* 176 and 177 |V 518-519].
2. See *Source* under *S.T.* [56],

[16] *In L. De Causis,* 12
Haec etiam propositio proponitur centesimatertia in libro Proculi sub his verbis. Omnia in omnibus, proprie autem in unoquoque.1 Idem autem est quod Proculus dicit, proprie autem in unoquoque et quod hic dicitur per modum quo licet ut sit unum eorum in alio. Utrobique enim signatur, quod unum est in alio secundum convenientem modum ei in quo est. Sed a Proculo quidem inducitur haec propositio secundum positiones Platonicas quibus ponuntur formae separatae subsistentes,2 quarum (ut supra dictum est) una tanto est altior, quanto est universalior, et ad plura suam participationem extendens. Et secundum hoc, ipsum esse est superius quam in ipsa vita. Et haec quam ipse intellectus.3 Et ideo hic, Proculus hoc determinans, in sua propositione addit: Etenim in ente vita et intellectus, et in vita esse et intelligere, et intellectus esse et vivere. Et sic etiam videtur Auctor hujus libri loqui hujusmodi separata prima nominans. Subdit enim, quasi exponens, ‘quod est quia in esse sunt vita et intelligentia, et vita sunt esse et intelligentia, et in intelligentia sunt esse et vita,’ quod est omnino idem cum verbis Proculi. Addit autem Proculus in sua propositione expositionem modi quo unum horum sit in alio, dicens: Sed alicubi quidem intcllectualiter, alicubi autem vitaliter, alicubi vero enter, idest per modum entis entia omnia: quasi dicat quod omnia tria praedicta sunt in intellectu intellectualiter, in vita vitaliter, in esse essentialiter. Sed hoc quod ponitur loco hujus in hoc libro, videtur esse corruptum, et malum intellectum habere. Sequitur enim: ‘verumtamen esse et vita in intelligentia sunt duae intelligentiae.’ Debet enim intelligi quod ista duo, scilicet esse et vita, sunt in intelligentia intellectualiter: ‘et esse et intelligentia in vita sunt duae vitae,’ idest ambo sunt in vita vitaliter: ‘et intelligentia et vita sunt duo esset:’ idest ambo sunt in ipso esse essentialiter.4 Si autem intelligatur secundum quod verba sonant, falsum continent intellectum. Vivere enim viventis est ipsum esse ejus, ut dicitur in secundo de Anima: et ipsum intelligere primi intelligentis est vita ejus et esse ipsius, ut in duodecimo Metaphysicorum dicitur. Unde et hoc Proculus excludens, dicit, quod esse intellectus est cognitivum et vita ejus est cognitio. Alioquin sequeretur inconveniens quod Aristoteles inducit in tertio Metaphysicorum contra Platonicos: quod scilicet Socrates esset tria animalia, quia et ipse est animal et de eo praedicatur idea animalis communis quam participat, et similiter idea hominis qui idem est animal.5 Sequeretur enim, quod unumquodque istorum trium esset non unum, sed multa. Apponit autem Proculus probationem manifestam ad ea quae dicta sunt, distinguens quod tripliciter aliquid de aliquo dicitur. Uno modo causaliter, sicut calor de sole. Alio modo essentialiter, sive naturaliter, sicut calor de igne. Tertio modo secundum quamdam posthabitationem, idest consecutionem, sive participationem: quando scilicet aliquid non plene habetur, sed posteriori modo, et particulariter. Sicut calor invenitur in corporibus essentialiter, tamen non in ea plenitudine secundum quam est in igne. Sic ergo illud quod est essentialiter in primo, est participative in secundo et tertio: quod autem est essentialiter in secundo, est in primo quidem causaliter, et in ultimo

participative. Quod vero est in tertio essentialiter, est causaliter in primo et in secundo. Et per hunc modum, omnia sunt in omnibus.[6]

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 103 [V 492],
2. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-14].
3. Proclus, *op. cit., Prop.* 101 [V 491].
4. *Ibid., Prop.* 103 [V 492].
5. Aristotle, *Mela.,* Ill, 6 [1003a 9-11].
6. Proclus, *op. cit., Prop.* 65 [V 289-290]; *Prop.* 103 [V 492].

[17] *In L. De Causis,* 13

Sed hujus propositionis et probationis eius intellectum oportet nos accipere ex his quae Proculus dicit. Ut enim supra dictum est secundum opiniones Platonicas, ordo intellectuum ponitur sub ordine formarum separatarum, ex quarum participatione fiunt intelligentes in actu. Unde formae separatae comparantur ad eos sicut intelligibile ad intellectum.[1] Sicut autem aliarum rerum ponebant quasdam ideas: ita et ipsorum intellectuum ponebant quamdam ideam quam vocabant primum intellectum.[2] Iste ergo intellectus idealis, inquantum est intellectus, intelligit; et inquantum est forma idealis, est forma intellecta. Sic igitur in eo unitur omnino intellectus et intellectum. Et per hoc perfecte seipsum intelligit: quia essentia sua totaliter est intelligibile, non solum intelligens. Omnis autem intellectus secundum Platonicos habet intellectum participatum. Sed superiores intellectus participant ipsum intellectum perfectivum. Unde participant ipsum non solum quod sint intellectus, sed etiam quod sint intelligibiles et quodammodo formales intellectus. Sic igitur conjungitur in eis secundum eorum substantiam quodammodo intellectus et intellectum. Et ideo etiam ipsi intelligunt suam essentiam. Sed diversimode a primo intellectu. Nam primus intellectus idealis non participat aliquam priorem formam intellectualitatis, sed ipsemet est prima forma intellectualitatis. Unde suum intelligibile non est aliud quam ipse. Posteriores vero intellectus sic habent de forma intelligibilitatis in sua substantia, quod tamen illud derivatur a superiori intellectu ideali. Sic ergo intelligunt essentiam suam, quod etiam intelligunt superiorem intellectum quem participant. Et hoc est quod Proculus addit in praedicta propositione. Sed prius, quod seipsum solum, et unum secundum numerum in hoc intellectus et intelligibile. Unusquisque autem consequentium seipsum simul, et quae ante ipsum; et intelligibile huic, hoc quidem est quod est, hoc autem a quo est.[3]

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 161 [V 513].
2. *Ibid., Props.* 160 and 166 [V 512-513; 514],
3. *Ibid., Prop.* 169 [V 515].

[18] *In L. De Causis,* 14

Vel dicit, res immobiles per modum motus, quia secundum Platonicos animae proprium est quod sit movens seipsam:...

Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[19] *In L. De Causis,* 15

Sed quia anima intellectiva inferiori modo participat primum intellectum in substantia sua, non habet nisi vim intellectualitatis. Unde

intclligit substantiam suam non per essentiam suam, sed secundum Platonicos per superiora quae participat,...

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 186 [V 522].

[20] *In L. De Causis,* 16

Secundum autem Platonicas positiones, omne quod in pluribus invenitur, oportet reducere ad aliquod primum quod per suam essentiam est tale, a quo alia per participationem talis dicuntur. Unde secundum eos virtutes infinitae reducuntur ad aliquod primum, quod est essentialiter infinitas virtutes; non quod sit virtus participata in aliqua re subsistente, sed quia est subsistens per seipsam. Hoc autem secundum Platonicos non est ipsa idea entis: quia hujusmodi ens separatum habet quidem potentiam infinitam, sed cum hoc habet etiam finitatem, sicut supra in quarta propositione habitum est. Unde relinquitur, quod non sit prima potentia quae essentialiter est ipsa infinitas. Neque tamen ponebant, quod illa infinitas idea sit primum simpliciter; quia ipsa infinitas participat unitate et bonitate. Unde primum simpliciter est unum et bonum. Hoc autem infinitum ideale a quo omnes virtutes infinitae dependent, est medium inter unum et bonum quod est primum simpliciter, et inter ens: et ita hanc propositionem Proculus exponit.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 90, 91 and 92 [V 298-299].

[21] *In L. De Causis,* 16

Sed secundum Proculum hoc dicitur de idea universi et boni, quod est secundum Platonicos supra ideam infiniti.... Sed Proculus hoc ponit tamquam idea infiniti sit media inter boni et ideam entis.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 92 [V 299].

[22] *In L. De Causis,* 18

Sicut autem supra dictum est, secundum Platonicos, primum ens, quod est idea entis, est aliquid supra primum intellectum idealem.1... Tertio considerandum: quod ista tria [sc. esse, vivere, intelligere] diversimode causantur in rebus, sive a diversis principiis secundum Platonicos,2 sive ab eodem principio secundum fidei doctrinam et Aristotelis.

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 161 [V 513].
2. *Ibid., Prop.* 101 [V 491],

[23] *In L. De Causis,* 19

Ad cujus evidentiam sciendum est, quod secundum Platonicos, quadruplex ordo invenitur in rebus. Primus erat ordo deorum, idest formarum idealium. Inter quas erat ordo secundum ordinem universalitatis formarum: ut supra dictum est. Sub hoc autem ordine est ordo intellectuum separatorum, sub quo est ordo animarum, sub quo iterum est ordo corporum.1

Et hi tres inferiores ordines accipiuntur secundum tria, quae in praemissa propositione sunt tacta. Nam corpora participant esse tantum: animae autem secundum propriam naturam participant ulterius esse, et vivere: intellectus autem participant esse, vivere et intelligere.2 Causalitas autem horum ad ordinem divinum pertinet: sive ponantur multi

clii ordinati sub uno secundum Platonicos: sive unus tantum in se omnia habens, secundum nos. Universalitas enim causalitatis, propria est Deo. Hujusmodi autem ordines cum ab uno primo procedant, continuitatem quamdam habent adinvicem: ita quod ordo corporum attingit ordinem animarum; et ordo animarum attingit ordinem intellectuum qui attingit ordinem divinum. Ubicumque autem diversi per ordinem subinvicem conjunguntur, oportet quod id quod est supremum inferioris ordinis, propter propinquitatem ad superiorem ordinem aliquid participet de superioris ordinis perfectione. Et hoc manifeste videmus in rebus naturalibus. Nam quaedam animalia participant aliquam rationis similitudinem, et quaedam plantae participant aliquid de distinctione sexus quae est propria animalium. Unde et Dionysius dicit, 7 cap. de Divinis nominibus, quod per divinam sapientiam fines primorum conjunguntur principiis secundorum. Sic igitur illi qui sunt supremi in ordine intellectuum vel intelligentiarum, dependent per quamdam perfectiorem participationem propinquius a Deo, et magis participant de bonitatibus ejus, et de universali causalitate ipsius. Et ideo dicuntur divini intellectus vel divinae intelligentiae: sicut et Dionysius dicit, quod supremi angeli sunt quasi in vestibulis deitatis collocati. Inferiores vero intellectus qui non pertingunt ad tam excellentem participationem divinae similitudinis, sunt intellectus tantum, non habentes illam divinam dignitatem. Et eadem ratio est de animalibus respectu intellectuum. Nam supremae animae sunt intellectuales, utpote propinquae ordini intellectuum; aliae vero animae inferiores non sunt intellectuales, sed habent solum id quod est animae, ut scilicet sint vivificativae, sicut maxime patet de animabus animalium et plantarum. Et eadem ratio est de ordine corporum respectu animarum. Nam corpora nobiliora, quae perfectiori ratione sunt constituta, sunt animata: alia vero corpora sunt inanimata. Et eadem ratio est de omnibus aliis ordinibus, in quos praedicti generales ordines distinguuntur; quia etiam in corporibus sunt diversi ordines, et similiter in animabus et intellectibus.

Source: 1. Proclus, *Elenientalio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* **Ill** [V 495]. (St. Thomas identifies the order of ideal forms – Being, Life, Intelligence – as the divine order between the One [and Good] and the order of intelligences. See *ibid., Prop.* 138 [V 505].)
2. Proclus, *op. cit., Prop.* 101 [V 491].

[24] *In L. De Causis,* 32

Et ad intellectum hujus quod hic dicitur, sumenda est centesimasexagesima propositio Proculi, quae talis est. Omnis Deus participabilis est excepto uno.1 Quae quidem propositio ab eo inducitur, ad ostendendum quomodo Platonici ponebant plures Deos. Non enim ponebant omnes aequales: sed unum ponebant primum qui nihil participabat, sed est essentialiter unum et bonum.2 Alios vero Deos ponebant inferiores participantes ipsum unum et bonum. Et hujus probationem inducit: quia dicit: primo et supremo Deo manifestum est quod nihil participat; alioquin non esset causa prima omnium.3 Semper enim participans praesupponit aliquid prius quod est per essentiam.4 Sed quod omnes alii dii sint participantes, probat per hoc,5 quia si primus Deus est unum essentialiter, et non participative, et non aliquis aliorum deorum est similiter unum, et sic in nullo differunt a primo, aut oporte

quod sit unum participative. Si enim ipsum unum est essentia primi, oportet quod si aliquid ab eo differat, quasi secundum post ipsum existens, non sit tale quod essentia ejus sit ipsum unum, sed sit participans unitatem. Et hos est quod hic proponitur, quod necesse est ponere unum primum faciens adipisci unitates, idest a quo participant unitatem quantumcumque sint unum, et ipsum non adipiscitur, idest non participat unitatem ab aliquo alio.

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 116 [V 496-497].
2. *Ibid., Prop.* 113 [V 495]; *Prop.* 116 [V 496-497]; Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Mom.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257] ; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444],
3. Proclus, *op. cit., ¡Prop.* 116 [V 496-497],
4. *Ibid., Prop.* 23 [V 275], Cf. *Prop.* 90 [V 298].
5. *Ibid., Prop.* 116 [V 496-497],

5. SUMMA DE VERITATE CATHOLICAE FIDEI CONTRA GENTILES

[1] *C.G.,* I, 13

Sciendum autem quod Plato, qui posuit omne movens moveri, communius accepit nomen motus quam Aristoteles. Aristoteles enim proprie accepit motum, secundum quod est actus existentis in potentia secundum quod huiusmodi: qualiter non est nisi divisibilium et corporum, ut probatur in VI Physic. Secundum Platonem autem movens seipsum non est corpus: accipiebat enim motum pro qualibet operatione, ita quod intelligere et opinari sit quoddam moveri; quem etiam modum loquendi Aristoteles tangit in III de Anima. Secundum hoc ergo dicebat primum movens seipsum movere quod intelligit se et vult vel amat se. Quod in aliquo non repugnat rationibus Aristotelis: nihil enim differt devenire ad aliquod primum quod moveat se, secundum Platonem ; et devenire ad primum quod omnino sit immobile, secundum Aristotelem.

Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[2] *C.G.,* I, 20

Tertia obiectio est quia, si cuiuslibet corporis est potentia finita, ut in praedicto processu ostenditur; per potentiam autem finitam non potest aliquid durare tempore infinito: sequetur quod nullum corpus possit durare tempore infinito. Et sic corpus caeleste de necessitate corrumpetur.

Ad hoc autem a quibusdam respondetur quod corpus caeleste secundum potentiam suam potest deficere, sed perpetuitatem durationis acquirit ab alio quod est potentiae infinitae. Et huic solutioni videtur attestari Plato, qui de corporibus caelestibus Deum loquentem inducit in hunc modum: 'Natura vestra estis dissolubilia, voluntate autem mea indissolubilia: quia voluntas mea maior est nexu vestro.'

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chah, 16 [D II, 169].

[3] *C.G.,* I, 24
Unde etiam Platonici, ponentes ideas, non posuerunt ideas per se existentes generum, quae designantur ad esse speciei per differentias essentiales; sed posuerunt ideas per se existentes solarum specierum, quae ad sui designationem non indigent essentialibus differentiis.

Source: See *Source* under *In Meta.* [148].

[4] *C.G.,* I, 51 and 52
Nec iterum potest poni huiusmodi formas intelligibiles per se existere: quod Plato, praedicta inconvenientia vitans, videtur posuisse, introducendo ideas.[1] Nam formae rerum naturalium sine materia existere non possunt: cum nec sine materia intelligantur.[2]

Source: 1. There is no source, as far as I can discover, which gives *this* reason for Plato's positing the Ideas.
2. Aristotle, *Meta.,* VII, 10-11 [1034b 32 - 1035b 3 and 1036b 21 - 1037b 7].

[5] *C.G.,* I, 54
Unde, cum hoc sit secundum quod Deus intelligit proprium respectum assimilationis quam habet unaquaeque creatura ad ipsum, relinquitur quod rationes rerum in intellectu divino non sint plures vel distinctae nisi secundum quod Deus cognoscit res pluribus et diversis modis esse assimilabiles sibi. Et secundum hoc Augustinus dicit quod Deus alia ratione facit hominem et alia equum; et rationes rerum pluraliter in mente divina esse dicit. In quo etiam aliqualiter salvatur Platonis opinio ponentis ideas, secundum quas formarentur omnia quae in rebus materialibus existunt.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 9-14]; VII, 8 [1033b 19 - 1034a 8]; XII, 5 [1071a 17-28].

[6] *C.G.,* II, 57
Ex his autem et similibus rationibus aliqui moti, dixerunt quod nulla substantia intellectualis potest esse forma corporis. Sed quia huic positioni ipsa hominis natura contradicere videbatur, qui ex anima intellectuali et corpore videtur esse compositus, excogitaverunt quasdam vias per quas naturam hominis salvarent.

Plato igitur posuit, et eius sequaces, quod anima intellectualis non unitur corpori sicut forma materiae, sed solum sicut motor mobili, dicens animam esse in corpore sicut nautam in navi.[1] Et sic unio animae et corporis non esset nisi per contactum virtutis, de quo supra dictum est.

Hoc autem videtur inconveniens. Secundum praedictum enim contactum non fit aliquid unum simpliciter, ut ostensum est. Ex unione autem animae et corporis fit homo. Relinquitur igitur quod homo non sit unum simpliciter: et per consequens nec ens simpliciter, sed ens per accidens.

Ad hoc autem evitandum, Plato posuit quod homo non sit aliquid compositum ex anima et corpore: sed quod ipsa anima utens corpore sit homo; sicut Petrus non est aliquid compositum ex homine et indumento, sed homo utens indumento.[1]

Hoc autem esse impossibile ostenditur. Animal enim et homo sunt

quaedam sensibilia et naturalia. I loe autem non esset si corpus et cius partes non essent de essentia hominis et animalis, sed tota essentia utriusque esset anima, secundum positionem praedictam: anima enim non est aliquid sensibile neque materiale. Impossibile est igitur hominem et animal esse animam utentem corpore, non autem aliquid ex corpore et anima compositum.

Item. Impossibile est quod eorum quae sunt diversa secundum esse, sit operatio una. Dico autem operationem unam, non ex parte eius in quod terminatur actio, sed secundum quod egreditur ab agente: multi enim trahentes navim unam actionem faciunt ex parte operati, quod est unum, sed tamen ex parte trahentium sunt multae actiones, quia sunt diversi impulsus ad trahendum; cum enim actio consequatur formam et virtutem, oportet quorum sunt diversae formae et virtutes, esse et actiones diversas. Quamvis autem animae sit aliqua operatio propria, in qua non communicat corpus, sicut intelligere; sunt tamen aliquae operationes communes sibi et corpori, ut timere et irasci et sentire et huiusmodi: haec enim accidunt secundum aliquam transmutationem alicuius determinatae partis corporis, ex quo patet quod simul sunt animae et corporis operationes. Oportet igitur ex anima et corpore unum fieri, et quod non sint secundum esse diversa.

Huic autem rationi secundum Platonis sententiam obviatur. Nihil enim inconveniens est moventis et moti, quamvis secundum esse diversorum, esse eundem actum: nam motus est idem actus moventis sicut a quo est, moti autem sicut in quo est. Sic igitur Plato posuit praemissas operationes esse animae corporique communes: ut videlicet sint animae sicut moventis et corporis sicut moti.[2]

Sed hoc esse non potest. Quia, ut probat Philosophus in II de Anima, sentire accidit in ipso moveri a sensibilibus exterioribus. Unde non potest homo sentire absque exteriori sensibili: sicut non potest aliquid moveri absque movente. Organum igitur sensus movetur et patitur in sentiendo, sed ab exteriori sensibili. Illud autem quo patitur est sensus: quod ex hoc patet, quia carentia sensu non patiuntur a sensibilibus tali modo passionis. Sensus igitur est virtus passiva ipsius organi. Anima igitur sensitiva non se habet in sentiendo sicut movens et agens, sed sicut id quo patiens patitur. Quod impossibile est esse diversum secundum esse a patiente. Non est igitur anima sensibilis secundum esse diversa a corpore animato.

Praeterea. Licet motus sit communis actus moventis et moti, tamen alia operatio est facere motum et recipere motum: unde et duo praedicamenta ponuntur facere et pati. Si igitur in sentiendo anima sensitiva se habet ut agens et corpus ut patiens, alia erit operatio animae et alia corporis. Anima igitur sensitiva habebit aliquam operationem propriam. Habebit igitur et subsistentiam propriam. Non igitur, destructo corpore, esse desinet. Animae igitur sensitivae, etiam irrationabilium animalium, erunt immortales. Quod quidem improbabile videtur. Tamen a Platonis opinione non discordat, sed de hoc infra erit locus quaerendi.[3]

Amplius. Mobile non sortitur speciem a suo motore. Si igitur anima non coniungitur corpori nisi sicut motor mobili, corpus et partes eius non consequuntur speciem ab anima. Abeunte igitur anima, remanebit corpus et partes eius eiusdem speciei. Hoc autem est manifeste falsum: nam caro et os et manus et huiusmodi partes post abscessum animae

non dicuntur nisi acquivocc; cum nulli harum partium propria operatio adsit, quae speciem consequitur. Non igitur unitur anima corpori solum sicut motor mobili, vel sicut homo vestimento.

Adhuc. Mobile non habet esse per suum motorem, sed solummodo motum. Si igitur anima uniatur corpori solummodo ut motor, corpus movebitur quidem ab anima, sed non habebit esse per eam. Vivere autem est quoddam esse viventis. Non igitur corpus vivet per animam.

Item. Mobile neque generatur per applicationem motoris ad ipsum, neque per eius separationem corrumpitur: cum non dependeat mobile a motore secundum esse, sed secundum moveri tantum. Si igitur anima uniatur corpori solum ut motor, sequetur quod in unione animae et corporis non erit aliqua generatio, neque in separatione corruptio. Et sic mors, quae consistit in separatione animae et corporis, non erit corruptio animalis. Quod est manifeste falsum.

Praeterea. Omne movens seipsum ita se habet quod in ipso est moveri et non moveri, et movere et non movere. Sed anima, secundum Platonis opinionem, movet corpus sicut movens seipsum.[4] Est ergo in potestate animae movere corpus vel non movere. Si igitur non unitur ei nisi sicut motor mobili, erit in potestate animae separari a corpore cum voluerit, et iterum uniri ei cum voluerit. Quod patet esse falsum.

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 505]; 2 [PG 40, 537]; 3 [PG 40, 593]; Aristode, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9].
2. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 6 [PG 40, 637] ; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788]; St. Augustine, *De Genesi ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475]. St. Thomas refers to this passage [S.*T.,* I, 77, 5, *arg.* 3 *et ad* 3].
3. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 581].
4. *Ibid.* [PG 40, 537]; Aristotle, *De An.,* I, 2 [404b 29-30]; Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 6-12 [E 616.23 - 618.6].

[7] *C.G.,* II, 58

Ponit enim Plato non esse eandem animam in nobis intellectivam, nutritivam et sensitivam.[1]... Si homo, secundum Platonis sententiam, non est aliquid ex anima et corpore compositum, sed est anima utens corpore,[2] aut hoc intelligitur solum de anima intellectiva, aut de tribus animabus, si tres sunt, sive de duabus earum.... Quod etiam a positione Platonis non discordat: ponebat enim animam rationalem in cerebro, nutritivam in hepate, concupiscibilem in corde.[3]

Source: 1. Averroes, *In De An., I, com.* 90 [45F]; Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32 - 94.3].
2. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 3 [PG 40, 593].
3. Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F].

[8] *C.G.,* II, 68

Si enim substantia intellectualis non unitur corpori solum ut motor, ut Plato posuit,...

Source: Aristode, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9]; Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 505] ; 2 [PG 40, 537] ; 3 [PG 40, 593].

[9] *C.G.,* II, 73

Si unus est intellectus possibilis omnium hominum, oportet ponere

intellectum possibilem semper fuisse, si homines semper fuerunt, sicut ponunt: et multo magis intellectum agentem, quia agens est honorabilius patiente, ut Aristoteles dicit. Sed si agens est aeternum, et recipiens aeternum, oportet recepta esse aeterna. Ergo species intelligibiles ab aeterno fuerunt in intellectu possibili. Non igitur de novo recipit aliquas species intelligibiles. Ad nihil autem sensus et phantasia sunt necessaria ad intelligendum nisi ut ab eis accipiantur species intelligibiles. Sensus igitur non erit necessarius ad intelligendum, neque phantasia. Et redibit opinio Platonis, quod scientiam non acquirimus per sensus, sed ab eis excitamur ad rememorandum prius scita.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96] ; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781],

[10] *C.G.,* II, 74

Oportet ergo quod vel ipsae species intelligibiles conserventur in aliquo organo corporeo, sive in aliqua virtute habente organum corporeum ; vel oportet quod formae intelligibiles sint per se existentes, ad quas comparetur intellectus possibilis noster sicut speculum ad res quae videntur in speculo: vel oportet quod species intelligibiles fluant in intellectum possibilem de novo ab aliquo agente separato, quandocumque actu intelligit. Primum autem horum trium est impossibile: quia formae existentes in potentiis utentibus organis corporalibus, sunt intelligibiles in potentia tantum. Secundum autem est opinio Platonis,1 quam reprobat Aristoteles, in Metaphysica. Unde concludit tertium: quod quandocumque intelligimus actu, fluunt species intelligibiles in intellectum possibilem nostrum ab intellectu agente, quem ponit ipse quandam substantiam separatam.

Si vero aliquis obiiciat contra eum quod tunc non est differentia inter hominem cum primo addiscit, et cum postmodum vult considerare in actu quae prius didicit: respondet quod addiscere nihil aliud est quam acquirere perfectam habitudinem coniungendi se intelligentiae agenti ad recipiendum ab eo formam intelligibilem. Et ideo ante addiscere est nuda potentia in homine ad talem receptionem: addiscere vero est sicut potentia adaptata.

Videtur etiam huic positioni consonare quod Aristoteles, in libro de Memoria, ostendit memoriam non esse in parte intellectiva, sed in parte animae sensitiva. Ex quo videtur quod conservatio specierum intelligibilium non pertineat ad partem intellectivam.

Sed si diligenter consideretur, haec positio, quantum ad originem, parum aut nihil differt a positione Platonis. Posuit enim Plato formas intelligibiles esse quasdam substantias separatas, a quibus scientia fluebat in animas nostras.1 Hic [sc. Avicenna] autem ponit ab una substantia separata, quae est intellectus agens secundum ipsum, scientiam in animas nostras fluere. Non autem differt, quantum ad modum acquirendi scientiam, utrum ab una vel pluribus substantiis separatis scientia nostra causetur: utrobique enim sequetur quod scientia nostra non causetur a sensibilibus. Cuius contrarium apparet per hoc quod qui caret aliquo sensu, caret scientia sensibilium quae cognoscuntur per sensum illum.

Dicere autem quod per hoc quod intellectus possibilis inspicit singularia quae sunt in imaginatione, illustratur luce intelligentiae agentis

ad cognoscendum universale; et quod actiones virium inferiorum, scilicet imaginationis et memorativae et cogitativae, sunt aptantes animam ad recipiendam emanationem intelligentiae agentis, est novum. Videmus enim quod anima nostra tanto magis disponitur ad recipiendum a substantiis separatis, quanto magis a corporalibus et sensibilibus removetur: per recessum enim ab eo quod infra est, acceditur ad id quod supra est. Non igitur est verisimile quod per hoc quod anima respicit ad phantasmata corporalia, quod disponatur ad recipiendam influentiam intelligentiae separatae.

Plato autem radicem suae positionis melius est prosecutus. Posuit enim quod sensibilia non sunt disponentia animam ad recipiendum influentiam formarum separatarum, sed solum expergefacientia intellectum ad considerandum ea quorum scientiam habebat ab exteriori causatam. Ponebat enim quod a principio a formis separatis causabatur scientia in animabus nostris omnium scibilium: unde addiscere dixit esse quoddam reminisci.[2] Et hoc necessarium est secundum eius positionem. Nam, cum substantiae separatae sint immobiles et semper eodem modo se habentes, semper ab eis resplendet scientia rerum in anima nostra, quae est eius capax.[1]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; see *Source* under *S.T.* [56].
2. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781].

[11] *C.G.,* II, 77

Haec autem intelligibilia quae anima intellectiva humana intelligit, Plato posuit esse intelligibilia per seipsa, scilicet ideas: unde non erat ei necessarium ponere intellectum agentem ad intelligibilia. Si autem hoc esset verum, oporteret quod, quanto aliqua sunt secundum se magis intelligibilia, magis intelligerentur a nobis. Quod patet esse falsum: nam magis sunt nobis intelligibilia quae sunt sensui proximiora, quae in se sunt minus intelligibilia. Unde Aristoteles fuit motus ad ponendum quod ea quae sunt nobis intelligibilia, non sunt aliqua existentia intelligibilia per seipsa, sed quod fiunt ex sensibilibus. Unde oportuit quod poneret virtutem quae hoc faceret. Et haec est intellectus agens. Ad hoc ergo ponitur intellectus agens, ut faceret intelligibilia nobis proportionata. Hoc autem non excedit modum luminis intelligibilis nobis connaturalis. Unde nihil prohibet ipsi lumini nostrae animae attribuere actionem intellectus agentis: et praecipue cum Aristoteles intellectum agentem comparet lumini.

Source: See *S. T.* [49] and *Sources.*

[12] *C.G.,* II, 79

Praeterea apparet ex ipsis verbis Aristotelis in XI Metaphysicae. Ubi dicit, contra Platonem loquens, quod causae moventes praeexistunt, causae vero formales sunt simul cum his quorum sunt causae: quando enim sanatur homo, tunc sanitas est, et non prius: contra hoc quod Plato posuit formas rerum praeexistere rebus.

Source: Aristotle, *Meta.,* XII, 3 [1070a 21-23].

113] *C.G.,* II, 81

Alii autem posuerunt animas in sua multitudine post corpora remanere: sed, ne cogerentur animarum ponere infinitatem, dixerunt easdem animas diversis corporibus uniri post determinatum tempus. Et haec fuit Platonicorum opinio, de qua infra agetur.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.

114] *C.G.,* II, 82

Aristoteles etiam in II de Anima dicit quod intellectiva pars animae separatur ab aliis sicut incorruptibile a corruptibili.

Per hoc autem excluditur positio Platonis, qui posuit etiam brutorum animas immortales.[1]

Videtur tamen posse probari brutorum animas esse immortales. Cuius enim est aliqua operatio per se separatim, et ipsum est per se subsistens. Sed animae sensitivae in brutis est aliqua operatio per se in qua non communicat corpus, scilicet movere: nam movens componitur ex duobus, quorum unum est movens et alterum est motum; unde, cum corpus sit motum, relinquitur quod anima sola sit movens. Ergo est per se subsistens. Non igitur potest per accidens corrumpi, corpore corrupto: illa enim solum per accidens corrumpuntur quae per se non habent esse. Per se autem non potest corrumpi: cum neque contrarium habeat, neque sit ex contrariis composita. Relinquitur igitur quod sit omnino incorruptibilis.

Ad hoc etiam videbatur redire Platonis ratio qua probabat omnem animam esse immortalem: quia scilicet anima est movens seipsum; omne autem movens seipsum oportet esse immortale. Corpus enim non moritur nisi abscedente eo a quo movebatur; idem autem a seipso non potest discedere; unde sequitur secundum ipsum, quod movens seipsum non possit mori. Et sic relinquebatur quod anima omnis motiva esset immortalis, etiam brutorum. – Ideo autem hanc rationem in idem redire diximus cum praemissa, quia cum, secundum Platonis positionem, nihil moveat nisi motum, illud quod est seipsum movens, est per seipsum motivum, et sic habet aliquam operationem per se.[2]

Non solum autem in movendo, sed etiam in sentiendo ponebat Plato animam sensitivam propriam operationem habere. Dicebat enim quod sentire est motus quidam ipsius animae sentientis: et ipsa, sic mota, movebat corpus ad sentiendum. Unde, definiens sensum, dicebat quod est motus animae per corpus.[3]

Haec autem quae dicta sunt, patet esse falsa. Non enim sentire est movere, sed magis moveri: nam ex potentia sentiente fit animal actu sentiens per sensibilia, a quibus sensus immutantur. Non autem potest dici similiter sensum pati a sensibili sicut patitur intellectus ab intelligibili, ut sic sentire possit esse operatio animae absque corporeo instrumento, sicut est intelligere: nam intellectus apprehendit res in abstractione a materia et materialibus conditionibus, quae sunt individuationis principia; non autem sensus. Quod exinde apparet quia sensus est particularium, intellectus vero universalium. Unde patet quod sensus patiuntur a rebus secundum quod sunt in materia: non autem intellectus, sed secundum quod sunt abstractae. Passio igitur intellectus est absque materia corporali, non autem passio sensus.

Adhuc. Diversi sensus sunt susceptivi diversorum sensibilium: sicut visus colorum, auditus sonorum. Haec autem diversitas manifeste ex

dispositione diversa organorum contingit: nam organum visus oportet esse in potentia ad omnes colores, organum auditus ad omnes sonos. Si autem haec receptio fieret absque organo corporali, eadem potentia esset omnium sensibilium susceptiva: nam virtus immaterialis se habet aequaliter, quantum de se est, ad omnes huiusmodi qualitates; unde intellectus, qui non utitur organo corporali, omnia sensibilia cognoscit. Sentire igitur non fit absque organo corporeo.

Praeterea. Sensus corrumpitur ab excellentia sensibilium: non autem intellectus, quia qui intelligit altiora intelligibilium, non minus poterit alia speculari, sed magis. Alterius igitur generis est passio sensus a sensibili, et intellectus ab intelligibili. Intellectus quidem passio fit absque organo corporali: passio vero sensus cum organo corporali, cuius harmonia solvitur per sensibilium excellentiam.

Quod autem Plato dixit, animam esse moventem seipsam, certum esse videtur ex hoc quod circa corpora apparet. Nullum enim corpus videtur movere nisi sit motum. Unde Plato ponebat omne movens moveri. Et quia non itur in infinitum ut unumquodque motum ab alio moveatur, ponebat primum movens in unoquoque ordine movere seipsum. Et ex hoc sequebatur animam, quae est primum movens in motibus animalium, esse aliquod movens seipsum.2

Hoc autem patet esse falsum, dupliciter. Primo quidem, quia probatum est quod omne quod movetur per se, est corpus. Unde, cum anima non sit corpus, impossibile est ipsam moveri nisi per accidens.

Secundo quia, cum movens inquantum huiusmodi sit actu, motum autem inquantum huiusmodi sit in potentia; nihil autem potest esse secundum idem actu et potentia: impossibile erit quod idem secundum idem sit movens et motum, sed oportet, si aliquid dicitur movens seipsum, quod una pars eius sit movens et alia pars sit mota. Et hoc modo dicitur animal movere seipsum: quia anima est movens, et corpus est motum. Sed quia Plato animam non ponebat esse corpus, licet uteretur nomine motus, qui proprie corporum est, non tamen de hoc motu proprie dicto intelligebat, sed accipiebat motum communius pro qualibet operatione: prout etiam Aristoteles dicit, in III de Anima, quod sentire et intelligere sunt motus quidam. Sic autem motus non est actus existentis in potentia, sed actus perfecti.4 Unde, cum dicebat animam movere seipsam, intendebat per hoc dicere quod ipsa operatur absque adminiculo corporis, e contrario ei quod accidit in aliis formis, quae non agunt absque materia: non enim calor calefacit separatim, sed calidum. Ex quo volebat concludere omnem animam motivam esse immortalem: nam quod per se habet operationem, et per se existentiam habere potest.

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 581].
2. Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 10-12 [E 617-618]; Averroes, *In Phy.,* VIII, *com.* 46 [Z 364],
3. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 6 [PG 40, 637]; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788]; St. Augustine, *De Genesi ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475].
4. See *Source* under *In Sent.* [3].

[15] *C.G.,* II, 83

Propter has ergo et similes rationes quidam, aeternitatem mundi ponentes, dixerunt animam humanam, sicut est incorruptibilis, ita et ab

aeterno fuisse. Unde qui posuerunt animas humanas in sui multitudine esse immortales, scilicet Platonici, posuerunt easdem ab aeterno fuisse, et nunc quidem corporibus uniri, nunc autem a corporibus absolvi, hac vicissitudine secundum determinata annorum curricula observata. – Qui vero posuerunt animas humanas esse immortales secundum aliquid unum quod ex omnibus hominibus manet post mortem, posuerunt hoc ipsum unum ab aeterno fuisse: sive hoc sit intellectus agens tantum, ut posuit Alexander; sive, cum eo, etiam intellectus possibilis, ut posuit Averroes. – Hoc etiam videntur sonare et Aristotelis verba: nam, de intellectu loquens, dicit ipsum non solum incorruptibilem, sed etiam perpetuum esse.

Quidam vero Catholicam fidem profitentes, Platonicorum doctrinis imbuti, viam mediam tenuerunt. Quia enim, secundum fidem Catholicam, nihil est aeternum praeter Deum, humanas quidem animas aeternas non posuerunt, sed eas cum mundo, sive potius ante mundum visibilem, creatas fuisse, et tamen eas de novo corporibus alligari. Quam quidem positionem primus inter Christianae fidei professores Orígenes posuisse invenitur, et post eum plures ipsum sequentes. Quae quidem opinio usque hodie apud haereticos manet: quorum Manichaei eas etiam aeternas asserunt, cum Platone, et de corpore ad corpus transire.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30; *De Trin.,* XV [PL 42, 1011]; Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 10-12 [E 617-618]; Averroes, *In Phy.,* VIII, *com.* 46 [Z 364],

[16] *C.G.,* II, 83

Si autem dicatur quod neque per violentiam neque per naturam corporibus uniuntur, sed spontanea voluntate: – hoc esse non potest. Nullus enim vult in statum peiorem venire nisi deceptus. Anima autem separata est altioris status quam corpori unita: et praecipue secundum Platonicos, qui dicunt quod ex unione corporis patitur oblivionem eorum quae prius scivit, et retardatur a contemplatione pura veritatis.[1] Non igitur volens corpori unitur nisi decepta. Deceptionis autem nulla in ea causa potest existere: cum ponatur, secundum eos, scientiam omnem habere.[2] Nec posset dici quod iudicium ex universali scientia procedens in particulari eligibili subvertatur propter passiones, sicut accidit in incontinentibus: quia passiones huiusmodi non sunt absque corporali transmutatione; unde non possunt esse in anima separata. Relinquitur ergo quod anima, si fuisset ante corpus, non uniretur corpori propria voluntate.

Source: 1. See *Source* under *S.T.* [56].
2. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96] ; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781],

[17] *C.G.,* II, 83

Si autem anima humana non indiget sensibus ad intelligendum, et propter hoc dicitur absque corpore fuisse creata; oportet dicere quod, antequam corpori uniretur, omnium scientiarum veritates intelligebat per seipsam.[1] Quod et Platonici concesserunt, dicentes ideas, quae sunt formae rerum intelligibiles separatae secundum Platonis sententiam,

causam scientiae esse:2 unde anima separata, cum nullum impedimentum adesset, plenarie omnium scientiarum cognitionem accipiebat. Oportet igitur dicere quod, dum corpori unitur, cum inveniatur ignorans, oblivionem praehabitae scientiae patiatur.3 Quod etiam Platonici confitentur: huius rei signum esse dicentes quod quilibet, quantumcumque ignoret, ordinate interrogatus de his quae in scientiis traduntur, veritatem respondet; sicut, cum aliquis iam oblito aliquorum quae prius scivit, seriatim proponit ea quae prius fuerat oblitus, in eorum memoriam ipsum reducit. Ex quo etiam sequebatur quod discere non esset aliud quam reminisci.4 – Sic igitur ex hac positione de necessitate concluditur quod unio corporis animae praestet intelligentiae impedimentum. Nulli autem rei natura adiungit aliquid propter quod sua operatio impediatur: sed magis ea per quae fiat convenientior. Non igitur erit unio corporis et animae naturalis. Et sic homo non erit res naturalis, nec eius generatio naturalis. Quae patet esse falsa.

Source: 1. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 420.20-26]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781],
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
3. See 1 above.
4. St. Augustine, *De Trin.,* II, 15 [PL 42, 1011]; Averroes, *In L. Post. Resol., com.* 6 [26].

[18] *C.G.,* II, 83

Praeterea. Id quod per sensum in nobis acquiritur, non infuit animae ante corpus. Sed ipsorum principiorum cognitio in nobis ex sensibilibus causatur: nisi enim aliquod totum sensu percepissemus, non possemus intelligere quod totum esset maius parte; sicut nec caecus natus aliquid percipit de coloribus. Ergo nec ipsorum principiorum cognitio affuit animae ante corpus. Multo igitur minus aliorum. Non igitur firma est Platonis ratio quod anima fuit antequam corpori uniretur.

Source: Nemesius, *De Hat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30; *De Trin.,* XV [PL 42, 1011]; Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 10-12 [E 617-618]; Averroes, *In Phy.,* VIII, *com.* 46 [Z 364],

[19] *C.G.,* II, 83

Item. In his quae generantur et corrumpuntur, impossibile est per generationem reiterari idem numero: cum enim generatio et corruptio sit motus in substantiam, in his quae generantur et corrumpuntur non manet substantia eadem, sicut manet in his quae secundum locum moventur. Sed si una anima diversis corporibus generatis unitur successive,1 redibit idem numero homo per generationem. Quod Platoni de necessitate sequitur, qui dixit hominem esse animam corpore indutam.2 Sequitur etiam et aliis quibuscumque: quia, cum unitas rei sequatur formam, sicut et esse, oportet quod illa sint unam numero quorum est forma numero una. Non igitur est possibile unam animam diversis corporibus uniri. Ex quo etiam sequitur quod nec animae fuerunt ante corpora.3

Source: 1. Nemesius, *De Hat. Horn.,* 2 [PG 40, 580].
2. *Ibid.,* 3 [PG 40, 593].

3. Nemesios, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30; *De Trin., XV* [PL 42, 1011]; Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 13, 10-12 [E 617-618]; Averroes, *In Phy.,* VIII, *com.* 46 [Z 364].

[20] *C.G.,* II, 90
Per hoc autem excluditur opinio Apuleii, et quorundam Platonicorum, qui dixerunt daemonia esse animalia corpore aerea, mente rationabilia, animo passiva, tempore aeterna; ...

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 8 [A]; 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[21] *C.G.,* II, 92
Item. Species rerum materialium non multiplicantur per materiam, sed per formam. Formae autem quae sunt extra materiam, habent esse completius et universalius quam formae quae sunt in materia: nam formae in materia recipiuntur secundum materiae capacitatem. Non videntur igitur esse minoris multitudinis formae quae sunt extra materiam, quas dicimus substantias separatas, quam sint species materialium rerum.

Non autem propter hoc dicimus quod substantiae separatae sint species istorum sensibilium: sicut Platonici senserunt. Cum enim non possent ad praedictarum substantiarum notitiam pervenire nisi ex sensibilibus, apposuerunt istas substantias esse eiusdem speciei cum istis, vel magis species istarum: sicut, si aliquis non videret solem et lunam et alia astra, et audiret esse quaedam corpora incorruptibilia, nominaret ea nominibus istorum corporum corruptibilium, existimans ea esse eiusdem speciei cum istis. Quod non esset possibile. – Similiter etiam impossibile est substantias immateriales esse eiusdem speciei cum materialibus, vel species ipsarum: cum materia sit de ratione speciei horum sensibilium, licet non haec materia, quae est proprium principium individui; sicut de ratione speciei hominis sunt carnes et ossa, non autem hae carnes et haec ossa, quae sunt principia Sortis et Platonis. – Sic igitur non dicimus substantias separatas esse species istorum sensibilium: sed esse alias species nobiliores istis, quanto purum est nobilius permixto. Et tunc illas substantias esse plures oportet istis speciebus rerum materialium.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-14]; III, 2 [997b 6-8]; VII, 16 [1040b 30-34].

[22] *C.G.,* II, 98
Secundum autem positionem Platonis, intelligere fit per contactum intellectus ad rem intelligibilem.

Source: This appears to be implied in Aristotle, *De An.,* I, 3 [407a 10-18]. Cf. *In De An.* [22] and Themistius, *De An. Par.,* II [CG V, 21.5-6].

[23] *C.G.,* III, 24
Oportet autem quod species eorum quae causantur et intenduntur ab intellectuali agente, praeexistant in intellectu ipsius: sicut formae artificiatorum praeexistunt in intellectu artificis, et ex eis deriventur in effectus. Omnes igitur formae quae sunt in istis inferioribus, et omnes motus, derivantur a formis intellectualibus quae sunt in intellectu

alicuis substantiae, vel aliquarum. Et propter hoc dicit Boetius, in libro de Trin., quod formae quae sunt in materia, venerunt a formis quae sunt sine materia. Et quantum ad hoc verificatur dictum Platonis, quod formae separatae sunt principia formarum quae sunt in materia: licet Plato posuerit eas per se subsistentes, et causantes immediate formas sensibilium; nos vero ponamus eas in intellectu existentes, et causantes formas inferiores per motum caeli.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-20]; 9 [990a 34 - 991b 2; 991a 13-14; 991b 3-4],

[24] *C.G.,* III, 41

Praeterea. Non est eiusdem rationis forma quae secundum esse non potest separari ab aliquo subiecto, cum illa quae separatur secundum esse a tali subiecto, licet utraque secundum considerationem accipiatur absque tali subiecto. Non enim est eadem ratio magnitudinis, et substantiae separatae, nisi ponamus magnitudines separatas medias inter species et sensibilia, sicut aliqui Platonici posuerunt.1 Quidditas autem generis vel speciei rerum sensibilium non potest separari secundum esse ab hac individual! materia: nisi forte, secundum Platonicos, ponamus rerum species separatas, quod est ab Aristotele improbatum. Est igitur omnino dissimilis quidditas praedicta substantiis separatis, quae nullo modo sunt in materia. Non igitur per hoc quod hae quidditates intelliguntur, substantiae separatae intelligi possunt.

Adhuc. Si quidditas substantiae separatae detur esse eiusdem rationis cum quidditate generis vel speciei istorum sensibilium, non poterit dici quod sit eiusdem rationis secundum speciem nisi dicamus quod species horum sensibilium sint ipsae substantiae separatae, sicut Platonici posuerunt.2 Remanet igitur quod non erunt eiusdem rationis nisi quantum ad rationem quidditatis inquantum est quidditas. Haec autem est ratio communis, generis scilicet et substantiae. Non igitur per has quidditates de substantiis separatis aliquid intelligi poterit nisi remotum genus ipsarum. Cognito autem genere, non propter hoc cognoscitur species nisi in potentia. Non poterit igitur intelligi substantia separata per intellectum quidditatum horum sensibilium.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18]; VII, 11 [1036b 13-17].
2. *Ibid.* [987b 7-14]; III, 2 [997b 6-8]; VII, 16 [1040b 30-34],

[25] *C.G.,* III, 62

Per haec autem excluditur error Platonicorum, qui dicebant separatas animas, postquam felicitatem ultimam adeptae fuissent, iterum ad corpora incipere velle redire; et, finita felicitate illius vitae, iterum miseriis huius vitae involvi.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.

[26] *C.G.,* III, 69

Huic autem positioni partim etiam quorundam philosophorum opinio concordavit. Quia enim omne quod per se non est, ab eo quod est per se derivatum invenitur, videtur quod formae rerum quae non sunt per se existentes sed in materia, proveniant ex formis quae per se sine materia sint: quasi formae in materia existentes sint quaedam participationes illarum formarum quae sine materia sunt. Et propter hoc Plato posuit species rerum sensibilium esse quasdam formas separatas, quae

sunt causae essendi his sensibilibus, secundum quod eas participant.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-20]; 9 [990a 34 - 991b 2; 991a 13-14; 991b 3-4],

[27] *C.G.,* III, 69

Item. Apparet per inductionem in omnibus quod simile agat suum simile. Id autem quod generatur in rebus inferioribus non est forma tantum, sed compositum ex materia et forma: nam omnis generatio ex aliquo est, scilicet ex materia, et ad aliquid, scilicet formam. Oportet ergo quod generans non sit forma tantum, sed compositum ex materia et forma. Non igitur species rerum separatae, ut Platonici posuerunt; neque intelligentia agens, ut posuit Avicenna, est causa formarum quae sunt in materiis, sed magis hoc compositum ex materia et forma.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-20]; 9 [990a 34 - 991b 2; 991a 13-14; 991b 3-4],

[28] *C.G.,* III, 76

Quidam autem concesserunt providentiam divinam usque ad haec singularia procedere, sed quibusdam mediantibus causis. Posuit enim Plato, ut Gregorius Nyssenus dicit, triplicem providentiam. Quarum prima est summi Dei, qui primo et principaliter providet propriis, idest omnibus spiritualibus et intellectualibus; consequenter vero toti mundo quantum ad genera et species, et universales causas, quae sunt corpora caelestia. – Secunda vero est qua providetur singularibus animalium et plantarum, et aliorum generabilium et corruptibilium, quantum ad eorum generationem et corruptionem et alias mutationes. Quam quidem providentiam Plato attribuit diis qui caelum circueunt. Aristoteles vero horum causalitatem attribuit obliquo circulo. – Tertiam vero providentiam ponit rerum quae ad humanam vitam pertinent. Quam quidem attribuit quibusdam daemonibus circa terram existentibus, qui sunt, secundum ipsum, humanarum actionum custodes. – Sed tamen, secundum Platonem, secunda et tertia providentia a prima dependet: nam Deus summus secundos et tertios statuit provisores.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793; 796].

[29] *C.G.,* III, 84

Omnes autem sequentes philosophi, intellectum a sensu discernentes, causam nostrae scientiae non aliquibus corporibus, sed rebus immaterialibus attribuerunt: sicut Plato posuit causam nostrae scientiae esse ideas; Aristoteles autem intellectum agentem.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46, and see *Source* under *S.T.* [56].

[30] *C.G.,* III, 109

Si quis autem sequi vellet Platonicorum positiones, facilis esset via ad solvendum praedicta. Dicunt enim daemones esse animalia corpore aerea: et sic, cum habeant sibi corpora unita, potest in eis etiam esse pars sensitiva. Unde et passiones, quae nobis sunt causa peccati, eis attribuunt, scilicet iram, odium, et alia huiusmodi: propter quod dicit Apuleius quod sunt animo passiva.[1]

Praeter hoc etiam quod uniti corporibus esse perhibentur, secundum positiones Platonis, forte posset in eis aliud genus cognitionis poni quam

intellectus. Nam secundum Platonem, etiam anima sensitiva incorruptibilis est.2 Unde oportet quod habeat operationem cui non communite! corpus. Et sic nihil prohibet operationem sensitivae animae inveniri in substantia aliqua intellectuali, quamvis corpori non unita: et per con» sequens passiones. Et sic manet in eis eadem radix peccandi quae est in nobis.

Sed utrumque praemissorum est impossibile. Quod enim non sint aliquae aliae substantiae intellectuales unitae corporibus praeter animas humanas, ostensum est supra. – Quod autem operationes sensitiva^ animae non possint esse sine corpore, hinc apparet quod, corrupto aliquo organo sentiendi, corrumpitur operatio una sensus: sicut, cor» rupto oculo, visio deficit. Propter quod et, corrupto organo tactus, sine quo non potest esse animal, oportet quod animal moriatur.

Source: 1. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A-C]; IX, 3 [B-C].
2. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 2 [PG 40, 581]; 6 [PG 40, 637|.

[31] *C.G.,* III, 124

Per hoc autem excluditur consuetudo habentium plures uxores; cl opinio Platonis, qui posuit uxores debere esse communes.

Source: This doctrine is mentioned in the first part of the *Timaeus* (interp. Chai., 2 [D II, 150]). St. Thomas refers to this passage independently in *In Pol.* [4].

[32] *C.G.,* IV, 6

Est autem haec positio Arii et Eunomii. Et videtur a Platonicorum dictis exorta, qui ponebant summum Deum, patrem et creatorem omnium rerum, a quo primitus effluxisse dicebant quandam mentem, in qua essent omnium rerum formae, superiorem omnibus aliis rebus, quam paternum intellectum nominabant; et post hanc, animam mundi; et deinde alias creaturas. Quod ergo in Scripturis Sacris de Dei Filio dicitur, hoc de mente praedicta intelligebant: et praecipue quia Sacra Scriptura Dei Filium Dei sapientiam nominat et Verbum Dei. – Cui etiam opinioni consonat positio Avicennae, qui supra animam primi caeli ponit intelligentiam primam, moventem primum caelum, supra quam ulterius Deum in summo ponebat.

Sic igitur Ariani de Dei Filio suspicati sunt quod esset quaedam creatura supereminens omnibus aliis creaturis, qua mediante Deus omnia creasset: praecipue cum etiam quidam philosophi posuerunt quodam ordine res a primo principio processisse, ita quod per primum creatum omnia alia sint creata.

Source: See *Source* under *In Sent.* [2].

[33] *C.G.,* IV, 24

Si quis diversas species rerum consideret, in eis quidam ordo ostenditur: prout viventia sunt supra non viventia, et animalia supra plantas, et homo super alia animalia, et in singulis horum diversi gradus inveniuntur secundum diversas species; unde et Plato species rerum dixit esse numeros, qui specie variantur per additionem vel subtractionem unitatis.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 22].

[34] *C.G.,* IV, 65
Quod quidem praecipue dici potest de quantitatibus dimensivis: quas etiam Platonici posuerunt per se subsistere,[1] propter hoc quod secundum intellectum separantur.[2] Manifestum est autem quod plus potest Deus in operando quam intellectus in apprehendendo.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 14-18].
2. *Ibid.* [987b 7-18] ; VII, 14 [1039a 24-33] ; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15 - 26.15].

6. SUMMA THEOLOGICA

[1] *S.T.,* I, 5, 2, *ad* 1
Et iterum quia secundum Platonicos qui, materiam a privatione non distinguentes, dicebant materiam esse non ens,[1] ad plura se extendit participatio boni quam participatio entis. Nam materia prima participat bonum, cum appetat ipsum, nihil autem appetit nisi simile sibi:[2] non autem participat ens, cum ponatur non ens. Et ideo dicit Dionysius quod 'bonum extenditur ad non existentia.'

Source: 1. Aristotle, *Phy.,* I, 9 [192a 2-6].
2. *Ibid.* [192a 14-25].

[2] *S.T.,* I, 5, 3, *ad 3*
Dicendum quod materia prima, sicut non est ens nisi in potentia, ita nec bonum nisi in potentia. Licet secundum Platonicos dici possit quod materia prima est non ens, propter privationem adiunctam. Sed tamen participat aliquid de bono, scilicet ipsum ordinem vel aptitudinem ad bonum. Et ideo non convenit sibi quod sit appetibile, sed quod appetat.

Source: See *Source* under *S.T.* [1].

[3] *S.T.,* I, 6, 4, *c.*
Plato enim posuit omnium rerum species separatas; et quod ab eis individua denominantur, quasi species separatas participando, ut puta quod Socrates dicitur homo secundum ideam hominis separatam.[1] Et sicut ponebat ideam hominis et equi separatam, quam vocabat 'per se hominem' et 'per se equum,' ita ponebat ideam entis et ideam unius separatam, quam dicebat 'per se ens' et 'per se unum'; et eius participatione unumquodque dicitur ens vel unum.[2] Hoc autem quod est per se ens et per se unum, ponebat esse summum bonum. Et quia bonum convertitur cum ente, sicut et unum, ipsum per se bonum dicebat esse Deum, a quo omnia dicuntur bona per modum participationis.[3] – Et quamvis haec opinio irrationabilis videatur quantum ad hoc, quod ponebat species rerum naturalium separatas per se subsistentes, ut Aristoteles multipliciter improbat, tamen hoc absolute verum est, quod aliquid est primum, quod per suam essentiam est ens et bonum, quod dicimus Deum, ut ex superioribus patet. Huic etiam sententiae concordat Aristoteles.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-10]; VII, 14; 16 [1039a 30-32; 1040b 32-34]; *Elh.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].
2. Aristotle, *Meta.,* III. 4 [999b 25-26] ; VII, 6 [1031a 28-b 3; 1031b 7-9]; X, 2 [1053b 9 - 1054a 13],

3. Aristotle, *Eth.,* 1, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *DeCon. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F MI-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; 1, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P 95]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].

[4] *S.T.,* I, 9, 1, *ad* 1

Dicendum quod Augustinus ibi loquitur secundum modum quo Plato dicebat primum movens movere seipsum, omnem operationem nominans motum, secundum quod etiam ipsum intelligere et velle et amare motus quidam dicuntur.

Source: See *Source* under *In Sent.* [3],

[5] *S.T.,* I, 11, 1, *ad* 1

Dicendum quod quidam putantes idem esse unum quod convertitur cum ente, et quod est principium numeri,1 divisi sunt in contrarias positiones. Pythagoras enim et Plato, videntes quod unum quod convertitur cum ente, non addit aliquam rem supra ens, sed significat substantiam entis prout est indivisa, existimaverunt sic se habere de uno quod est principium numeri; et quia numerus componitur ex unitatibus, crediderunt quod 'numeri essent substantiae omnium rerum.'2

Source: 1. St. Thomas frequently (e.g. *In Post. Anal.* [8]; [9]; *In Meta.* [13] [14]; [107]; [116]; *In Phy.* [23]; *In DeC. el M.* [30]) remarks that Plato and the Platonici failed to distinguish between the one of number and the one which is convertible with being. I have been unable to find any clear corresponding statement in Aristotle or in any other of his sources. St. Thomas seems to find it in *Meta.,* I, 6 [987b 21-22]: 'ut autem substantia unum: ex illis enim secundum participationes unius, species esse numeros' which seems to identify the *warn* of being with the order of number [text: Cathala, *In* I *Meta.,* 10]. The next section of the Aristotelian text [987b 22-23]: 'Unam tamen substantia et non aliquod aliud ens dici unum, consimiliter Pythagoricis dixit' [text: Cathala, *In* I *Meta.,* 10] seems to identify one and substance and so again bears out St. Thomas' comment: 'Et hoc ideo quia, ut dictum est, non distinguebat inter unum quod convertitur cum ente, et unum quod est principium numeri' *(In Meta.* [14]).

In another text St. Thomas indicates Aristotelian sources for the distinction itself and this as a background for the Platonic error: 'Unum autem, secundum quod dicitur de aliis rebus, dicitur dupliciter. Uno modo secundum quod convertitur cum ente; et sic unaquaeque res est una per essentiam suam *ut infra in quarto probabiter,* nec aliquid addit supra ens nisi solam rationem indivisionis. Alio modo dicitur unum secundum quod significat rationem primae mensurae, vel simpliciter, vel in aliquo genere. Et hoc quidem si sit simpliciter minimum et indivisibile, est unum quod est principium et mensura numeri. Si autem non sit simpliciter

minimum ct indivisibile, nec simpliciter sed secundum positionem erit unum et mensura... *et hoc determinabit in decimo hujus.* Sed quia Platonici aestimaverunt idem esse unum quod est principium numeri, et quod convertitur cum ente....' (Zn III *Meta.,* 12 [501]). The references are to Aristotle, *Mela.,* IV, 2 [1003b 22-34]; X, 1-2 [1052a 15 - 1054a 19]. In neither of these references is the error attributed to Plato. Avicenna's criticism of Plato includes an argument {*Meta.,* VII, 2 [B 224]) which turns on 'error eorum de uno' but this refers to the unity of the 'intentio.'

2. Aristotle, *Meta.,* I, 5 [987a 17-19]; 6 [987b 22-25].

[6] *S.T.,* I, 15, 1, *ad* 1

Dicendum quod Deus non intelligit res secundum ideam extra se existentem. Et sic etiam Aristoteles improbat opinionem Platonis de ideis, secundum quod ponebat eas per se existentes, non in intellectu.

Source: See the initial form of this response and *Source* under *in Sent.* [6].

[7] *S.T.,* I, 15, 3, *arg.* 4

Constat quod Deus scit non solum species, sed etiam genera et singularia et accidentia. Sed horum non sunt ideae,1 secundum positionem Platonis, qui primus ideas introduxit,2 ut dicit Augustinus.

Source: 1. See *Source* under *in Meta.* [148].
2. St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.

[8] *S.T.,* I, 15, 3, *c.*

Dicendum quod cum ideae a Platone ponerentur principia cognitionis rerum1 et generationis ipsarum,2 ad utrumque se habet idea, prout in mente divina ponitur.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-8]; 9 [991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
2. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 11 ; b 2-3; 992a 25-26].

[9] *S.T.,* I, 15, 3, *ad 3*

Dicendum quod Plato, secundum quosdam, posuit materiam non creatam; et ideo non posuit ideam esse materiae, sed materiae concausam. Sed quia nos ponimus materiam creatam a Deo, non tamen sine forma, habet quidem materia ideam in Deo, non tamen aliam ab idea compositi. Nam materia secundum se neque esse habet, neque cognoscibilis est.

Source: St. Ambrose, *In Hexaem.,* I, 1 [PL 14, 123]; Chalcidius, *In Tim. Pl.,* 298 [D II, 245]; Petrus Lomb., *Sent.,* II, 1, 1; Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 18-21; 988a 8-14].

[10] *S.T.,* I, 15, 3, arf4

Individua vero secundum Platonem non habebant aliam ideam quam ideam speciei:1 tum quia singularia individuantur per materiam, quam ponebat esse increatam, ut quidam dicunt, et concausam ideae;2 tum quia intentio naturae consistit in speciebus, nec particularia producit, nisi ut in eis species salventur.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14; 988a 7-11].
2. See *Source* under *S.T.* [9] and 1 above.

[11] S.T., I, 18, 3, *ad* 1
Et per hunc modum etiam Plato posuit quod Deus movet seipsum, non co modo quo motus est actus imperfecti.
Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[12] *S.T.,* I, 18, 4, *ad 3*
Dicendum quod si de ratione rerum naturalium non esset materia, sed tantum forma, omnibus modis veriori modo essent res naturales in mente divina per suas ideas quam in seipsis. Propter quod et Plato posuit quod homo separatus erat verus homo, homo autem materialis est homo per participationem.
Source: St. Augustine, *Ep.* 118 *ad Diosc.,* 3 [PL 33, 441]; Aristotle, *Meta.,* VII, 14 [1039a 30-32]; 16 [1040b 32-34]; *Eth.,* I, (i [1096a 35 - b 3].

[13] *S.T.,* I, 19, 1, *ad 3*
Et secundum hoc Plato dixit quod primum movens movet seipsum.
Source: See *Source* under *In Sent.* [3].

[14] *S.T.,* I, 22, 3, *c.*
Et secundum hoc excluditur opinio Platonis, quam narrat Gregorius Nyssenus, triplicem providentiam ponentis. Quarum prima est summi Dei, qui primo et principaliter providet rebus spiritualibus; et consequenter toti mundi, quantum ad genera, species et causas universales. Secunda vero providentia est qua providetur singularibus generabilium et corruptibilium; et hanc attribuit diis qui circumeunt caelos, idest substantiis separatis, quae movent corpora caelestia circulariter. Tertia vero providentia est rerum humanarum, quam attribuebat daemonibus,[1] quos Platonici ponebant medios inter nos et deos, ut narrat Augustinus, IX De Civ. Dei.[2]
Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793 and 796].
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* IX, 1 [C]; 13.

[15] *S.T.,* I, 29, 2, *ad* 4
Dicendum quod Boethius dicit genera et species subsistere, inquantum individuis aliquibus competit subsistere, ex eo quod sunt sub generibus et speciebus in praedicamento substantiae comprehensis; non quod ipsae species vel genera subsistant, nisi secundum opinionem Platonis, qui posuit species rerum separatim subsistere a singularibus.
Source: Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[16] *S.T.,* I, 32, 1, *arg.* 1
Augustinus etiam dicit, VII Confess.: ‘Ibi legi,’ scilicet in libris Platonicorum, ‘non quidem his verbis, sed hoc idem omnino, multis et multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum,’ et huiusmodi quae ibi sequuntur, in quibus verbis distinctio divinarum Personarum traditur.
Source: St. Augustine, *Conf.,* VII, 9; see *Source* under *In Sent.* [2].

[17] *S.T.,* I, 32, 1, *ad* 1
In libro etiam Platonicorum invenitur: In principio erat verbum, non secundum quod verbum significat personam genitam in divinis; sed secundum quod per verbum intelligitur ratio idealis, per quam Deus

omnia condidit, quae Filio appropriatur. Et licet appropriata tribus Personis cognoscerent, dicuntur tamen in tertio signo defecisse, idest in cognitione tertiae Personae, quia a bonitate, quae Spiritui Sancto appropriatur, deviaverunt, dum cognoscentes Deum, 'non sicut Deum glorificaverunt,' ut dicitur Rom. I. Vel quia ponebant Platonici unum primum ens, quod etiam dicebant esse 'patrem' totius universitatis rerum, consequenter ponebant aliam substantiam sub eo, quam vocabant 'mentem' vel 'paternum intellectum' in qua erant rationes omnium rerum, sicut Macrobius recitat Super Somn. Scipion. : non autem ponebant aliquam substantiam tertiam separatam, quae videretur Spiritui Sancto respondere. Sic autem nos non ponimus Patrem et Filium secundum substantiam differentes; sed fuit error Origenis et Arii, sequentium Platonicos.

Source: See *Source* under *In Sent.* [2].

[18] *S.T.,* I, 44, 1, *c.*
Unde et Plato dixit quod necesse est ante omnem multitudinem ponere unitatem.

Source: St. Thomas seems to find the principle in Dionysius, *De Div. Nom.,* 13, 2 [P 442]. See his comment [975-977] and *In* I *Sent.,* 2, 1, 1.

[19] *S.T.,* I, 44, 2, *c.*
Ulterius vero procedentes distinxerunt per intellectum inter formam substantialem et materiam, quam ponebant increatam ; et perceperunt transmutationem fieri in corporibus secundum formas essentiales. Quarum transmutationum quasdam causas universaliores ponebant, 'ut obliquum circulum' secundum Aristotelem, vel ideas secundum Platonem.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 11 ; b 2-3; 992a 25-26].

[20] *S.T.,* I, 46, 1, *c.*
Primo quidem, quia tarn in VIII Phys, quam in I De Caelo, praemittit quasdam opiniones, ut Anaxagorae et Empedoclis et Platonis, contra quos rationes contradictorias inducit.

Source: Aristotle, *Phy.,* VIII, 1 [250b 24; 251b 17]; *De Caelo,* I, 10 [279b 4; 280a 30].

[21] *S.T.,* I, 47, 3, *ad* 1
Et Plato ex unitate exemplaris probat unitatem mundi, quasi exemplati.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 11 [D II, 159-160]; Simplicius, *In L. De Caelo,* I [CG VII, 276.11; 13-14; 277.17-19].

[22] *S.T.,* I, 50, 3, *c.*
Dicendum quod circa numerum substantiarum separatarum, diversi diversis viis processerunt. Plato enim posuit substantias separatas esse species rerum sensibilium,[1] utpote si poneremus ipsam naturam humanam esse separatam. Et secundum hoc oportebat dicere quod substantiae separatae sint secundum numerum specierum sensibilium.[2] Sed hanc positionem improbat Aristoteles, ex eo quod materia est de ratione specierum sensibilium.[3] Unde substantiae separatae non possunt esse species exemplares horum sensibilium, sed habent quasdam naturas altiores naturis rerum sensibilium.

Source: I. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-14J.
2. *Ibid.,* 9 [990b 6-17].
3. *Ibid.,* VII, 1 [1042a 25-26],

[23] *S.T.,* I, 50, 5, *arg. 2 et ad 2*

Plato dicit in Timaeo: 'O dii deorum, quorum opifex idem paterque ego, opera siquidem vos mea dissolubilia natura.' Hos autem deos non aliud quam angelos intelligere potest. Ergo angeli natura sua sunt corruptibiles.

Dicendum quod Plato per deos intelligit corpora caelestia, quae existimabat esse ex elementis composita et ideo secundum suam naturam dissolubilia; sed voluntate divina semper conservabantur in esse.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 16 [D II, 169].

[24] *S.T.,* I, 51, 1, *ad* 1

Augustinus autem loquitur non asserendo, sed opinione Platonicorum utens, qui ponebant esse quaedam animalia aerea, quae daemones nominabant.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[25] *S.T.,* I, 63, 7, *c.*

Dicendum quod in peccato est duo considerare: scilicet pronitatem ad peccandum; et motivum ad peccandum. Si ergo consideremus in angelis pronitatem ad peccandum, minus videtur quod peccaverint superiores angeli, quam inferiores. Et propter hoc Damascenus dicit quod maior eorum qui peccaverunt, fuit 'terrestri ordini praelatus.' – Et videtur haec opinio consonare positioni Platonicorum, quam Augustinus recitat in lib. De Civit. Dei VIII et X. Dicunt enim quod omnes dii erant boni, sed daemonum quidam boni, quidam mali; deos nominantes substantias intellectuales quae sunt a globo lunari superius, daemones vero substantias intellectuales quae sunt a globo lunari inferius, superiores hominibus ordine naturae.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 13 [A, B]; 14 [A]; 10, 1 [C].

[26] *S.T.,* I, 65, 4, *c.*

Plato enim posuit formas quae sunt in materia corporali, derivari et formari a formis sine materia subsistentibus,[1] per modum participationis cuiusdam.[2] Ponebat enim hominem quendam immaterialiter subsistentem, et similiter equum, et sic de aliis, ex quibus constituuntur haec singularia sensibilia,[3] secundum quod in materia corporali remanet quaedam impressio ab illis formis separatis, per modum assimilationis cuiusdam, quam participationem vocabat.[4] Et secundum ordinem formarum ponebant Platonici ordinem substantiarum separatarum; puta quod una substantia separata est quae est equus, quae est causa omnium equorum; supra quam est quaedam vita separata, quam dicebant per se vitam et causam omnis vitae; et ulterius quandam quam nominabant ipsum esse, et causam omnis esse.[5]

Omnes autem hae opiniones ex una radice processisse videntur. Quaerebant enim causam formarum, ac si ipsae formae fierent secundum seipsas. Sed sicut probat Aristoteles in VII Mctaph., id quod proprie fit, est compositum; formae autem corruptibilium rerum habent ut
e aliquando sint, aliquando non sint, absque hoc quod ipsae generentur

aut corrumpantur, sed compositis generatis aut corruptis; quia etiam formae non habent esse, sed composita habent esse per eas; sic enim alicui competit fieri, sicut et esse. Et ideo, cum simile fiat a suo simili, non est quaerenda causa formarum corporalium aliqua forma immaterialis; sed aliquod compositum, secundum quod hic ignis generatur ab hoc igne. Sic igitur formae corporales causantur, non quasi influxae ab aliqua immateriali forma, sed quasi materia reducta de potentia in actum ab aliquo agente composito.[6]

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991b 3-4]; cf. St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 9-10]; cf. St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.
3. Aristotle, *Meta.,* III, 2 [997b 6-8]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3],
4. The 'impressio' terminology is to be found in the *Liber De Causis;* e.g. '[anima] imprimit res corporeas...' [B 176.12]. For the 'assimilatio' and participation, cf. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 21-22].
5. *Liber De Causis,* 1 [B 163.14]; Dionysius, *De Div. Norn.,* 5, 1 [P 258]; 11, 6 [P 344-345]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V 491].
6. This is a summary of the argument of Aristotle, *Meta.,* VII, 7 [1032a 12 - 1034a 8].

[27] *S.T.,* I, 65, 4, *ad 2*

Dicendum quod formae participatae in materia reducuntur, non ad formas aliquas per se subsistentes[1] rationis eiusdem,[2] ut Platonici posuerunt;...

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991b 3-4],
2. *Ibid.,* III, 2 [997b 6-8],

[28] *S.T.,* I, 66, 1, *ad 1*

Secundum hoc ergo dicitur terra inanis et vacua, vel invisibilis et incomposita, quia materia per formam cognoscitur: unde in se considerata dicitur invisibilis vel inanis; et eius potentia per formam repletur: unde et Plato materiam dicit 'esse locum.'

Source: Aristotle, *Phy.,* II, 3 [209b 11-17].

[29] *S.T.,* I, 66, 1, *ad 2*

Quamvis Plato aerem intellexerit significari per hoc quod dicitur spiritus Domini, quia etiam aer spiritus dicitur; ignem vero intellexerit significari per caelum, quod igneae naturae esse dixit, ut Augustinus refert in VIII libro De Civit. Dei. Sed Rabbi Moyses, in aliis cum Platone concordans, dicit ignem significari per tenebras; quia, ut dicit, in propria sphaera ignis non lucet.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 11 [D, E]; 15 [E].

[30] *S.T.,* I, 66, 2, *c.*

Dicendum quod circa hoc fuerunt diversae opiniones philosophorum. Plato enim, et omnes philosophi ante Aristotelem posuerunt omnia corpora esse de natura quatuor elementorum.[1] Unde cum quatuor elementa communicent in una materia, ut mutua generatio et corruptio in eis ostendit; per consequens sequebatur quod omnium corporum sit materia una. Quod autem quaedam corpora sint incorruptibilia, Plato

adscribcbat non conditioni materiae, sed voluntati artificis, scilicet Dei, quem introducit corporibus caelestibus dicentem: 'Natura vestra estis dissolubilia, voluntate autem mea indissolubilia, quia voluntas mea maior est nexu vestro.'[2]

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 5 [PG 40, 625]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 15.
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [C, D] ; Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 16 [D II, 169].

[31] *S.T.,* I, 66, 2, *ad* 1
Dicendum quod Augustinus sequitur in hoc opinionem Platonis non ponentis quintam essentiam.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 15 [PG 40, 625]. But see *In De C. et M.* [2],

[32] *S.T.,* I, 66, 3, c.
Sciendum est autem quod Augustinus, X De Civit. Dei, dicit quod Porphyrius 'discernebat a daemonibus angelos, ut aerea loca esse daemonum, aetherea vero vel empyrea diceret angelorum.' – Sed Porphyrius, tanquam Platonicus, caelum istud sidereum igneum esse existimabat, et ideo empyreum nominabat; vel aethereum, secundum quod nomen aetheris sumitur ab inflammatione, et non secundum quod sumitur a velocitate motus, ut Aristoteles dicit. Quod pro tanto dictum sit, ne aliquis opinetur Augustinum caelum empyreum posuisse sicut nunc ponitur a modernis.

Source: For the Platonic opinion: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 11 [D, E]; 15 [E],

[33] *S.T.,* I, 68, 1, *c.*
Alii vero dixerunt firmamentum esse de natura quatuor elementorum, non quasi ex clementis compositum, sed quasi elementum simplex; et haec opinio fuit Platonis, qui posuit corpus caeleste esse elementum ignis... Secundum veroo pinionem Platonis non est conveniens quod firmamentum credatur secundum suam substantiam esse factum secunda die.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 11 [D, E]; 15 [E].

[34] *S.T.,* I, 70, 3, *c.*
Platonici vero posuerunt corpora caelestia animata.

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22] ; III, 4 [CSEL 48, 209.1-2] ; IV, 6 [CSEL 48, 257.9-10]; 7 [CSEL48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].

[35] *KT.,* I, 70, 3, *c.*
Platonici etiam animas corporibus uniri non ponebant nisi per contactum virtutis, sicut 'motor mobili.'[1] Et sic per hoc quod Plato ponit corpora caelestia animata,[2] nihil aliud datur intelligi quam quod substantiae spirituales uniuntur corporibus caelestibus ut motores mobilibus.

Source: 1. Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9]; Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 505] ; 2 [PG 40, 537] ; 3 [PG 40, 593].
2. See *Source* under *S.T.* [34].

136] *S.T.,* I, 74, 3, *ad* 4
Dicendum quod Rabbi Moyses per Spiritum Domini intclligit aerem vel ventum, sicut et Plato intellexit.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 11 [D, E]; 15 [E].

[37] *S.T.,* I, 75, 3, *c.*
Plato autem distinxit inter intellectum et sensum;1 utrumque tamen attribuit principio incorporeo, ponens quod, sicut intelligere, ita et sentire convenit animae secundum seipsam.2 Et ex hoc sequebatur quod etiam animae brutorum animalium sint subsistentes.3

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505]; 3 [PG 40, 593],
2. *Ibid.,* 6 [PG 40, 637]; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788]; St. Augustine, *De Genesi, ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475].
3. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 581].

[38] *S.T.,* I, 75, 4, *c.*
Plato vero ponens sentire esse proprium animae,1 ponere potuit quod homo esset 'anima utens corpore.'2

Source: 1. See *Source* under *S.T.* [37],
2. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 505].

[39] *S.T.,* I, 76, 1, *c.*
Aut ergo oportet dicere quod Socrates intelligit secundum se totum, sicut Plato posuit dicens hominem esse animam intellectivam;...

Source: Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 593].

[40] *S.T.,* I, 76, 2, *c.*
Dicendum quod intellectum esse unum omnium hominum, omnino est impossibile. Et hoc quidem patet, si secundum Platonis sententiam homo sit ipse intellectus.

Source: See *Source* under *S.T.* [39].

[41] *S.T.,* I, 76, 2, *ad* 4
Sed secundum sententiam Platonis, res intellecta eo modo est extra animam, quo intelligitur; posuit enim naturas rerum a materia separatas.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-10]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15 - 26.15].

[42] *S.T.,* I, 76, 3, *c.*
Dicendum quod Plato posuit diversas animas esse in corpore uno etiam secundum organa distinctas quibus diversa opera vitae attribuebat; dicens 'vim nutritivam esse in hepate, concupiscibilem in corde, cognoscitivam in cerebro.' Quam quidem opinionem Aristoteles reprobat in libro De An., quantum ad illas animae partes quae corporeis organis in suis operibus utuntur,...

Source: Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F] ; Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32-94.3].

143] *S.T.,* I, 76, 3, *c.*

Opinio autem Platonis sustineri utique posset, si poneretur quod anima unitur corpori non ut forma, sed ut motor, ut posuit Plato.1 Nihil enim inconveniens sequitur, si idem mobile a diversis motoribus moveatur, praecipue secundum diversas partes. Sed si ponamus animam corpori uniri sicut formam, omnino impossibile videtur plures animas per essentiam differentes in uno corpore esse. Quod quidem triplici ratione manifestari potest.

Primo quidem, quia animal non esset simpliciter unum, cuius essent animae plures. Nihil enim est simpliciter unum nisi per formam unam, per quam habet res esse; ab eodem enim habet res quod sit ens, et quod sit una; et ideo ea quae denominantur a diversis formis, non sunt unum simpliciter, sicut homo albus. Si igitur homo ab alia forma haberet quod sit vivum, scilicet ab anima vegetabili; et ab alia forma quod sit animal, scilicet ab anima sensibili; et ab alia quod sit homo, scilicet ab anima rationali; sequeretur quod homo non esset unum simpliciter; sicut et Aristoteles argumentatur contra Platonem in VIII Metaph., quod si alia esset idea animalis, et alia bipedis, non esset unum simpliciter animal bipes.2 Et propter hoc, in I De An., contra ponentes diversas animas in corpore inquirit quid contineat illas, idest quid faciat ex eis unum.2 Et non potest dici quod uniantur per corporis unitatem, quia magis anima continet corpus, et facit ipsum esse unum, quam e converso.

Source: 1. Aristotle, *De An.,* I, 2 [404a 23]; II, 1 [413a 9]; Nemesius, *De Nat. Hom.,* 1 [PG 40, 505] ; 2 [PG 40, 537] ; 3 [PG 40,593],
2. Aristotle, *Meta.,* VII, 6 [1045a 14],
3. Aristotle, *De An.,* I, 5 [411b 6].

[44] *S.T.,* I, 76, 4, *c.*

Dicendum quod si poneretur anima intellectiva non uniri corpori ut forma, sed solum ut motor, ut Platonici posuerunt; necesse esset dicere quod in homine esset alia forma substantialis, per quam corpus ab anima mobile in suo esse constitueretur.

Source: See *Source* 1 under *S.T.* [43].

[45] *S.T.,* I, 76, 7, *c.*

Dicendum quod si anima, secundum Platonicos corpori uniretur solum ut motor, conveniens esset dicere quod inter animam hominis vel cuiuscumque animalis, et corpus, aliqua alia corpora media intervenirent; convenit enim motori aliquid distans per media magis propinqua movere.

Source: See *Source* 1 under *S.T.* [43].

[46] *S.T.,* I, 76, 7, *c.*

Unde patet esse falsas opiniones eorum qui posuerunt aliqua corpora esse media inter animam et corpus hominis. Quorum quidam Platonici dixerunt quod anima intellectiva habet corpus incorruptibile sibi naturaliter unitum, a quo nunquam separatur, et eo mediante unitur corpori hominis corruptibili.

Source: Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 196 [V 525].

|47J *S.T.,* I, 76, 0, *c.*
Dicendum quod, sicut in aliis iatn dictum est, si anima uniretur corpori solum ut motor, posset dici quod non esset in qualibet parte corporis, sed in una tantum, per quam alias moveret.

Source: See *Source* 1 under *S.T.* [43].

[48] *S.T.,* I, 77, 5, *ad 3*
Dicendum quod opinio Platonis fuit quod sentire est operatio animae propria, sicut et intelligere. In multis autem quae ad philosophiam pertinent, Augustinus utitur opinionibus Platonis, non asserendo, sed recitando.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 6 [PG 40, 637]; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788] ; St. Augustine, *De Genesi ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475].

[49] *S.T.,* I, 79, 3, *c.*
Respondeo. Dicendum quod 'secundum opinionem Platonis, nulla necessitas erat ponere intellectum agentem' ad faciendum intelligibilia in actu ; sed forte ad praebendum lumen intelligibile intelligenti,1 ut infra dicetur. Posuit enim Plato formas rerum naturalium sine materia subsistere,2 et per consequens eas intelligibiles esse ; quia ex hoc est aliquid intelligibile actu, quod est immateriale. Et huiusmodi vocabat species, sive ideas;2 ex quarum participatione dicebat etiam materiam corporalem formari, ad hoc quod individua naturaliter constituerentur in propriis generibus et speciebus;3 et intellectus nostros, ad hoc quod de generibus et speciebus rerum scientiam haberent.3

Source: 1. This qualification is introduced in view of Plato's comparison of the 'separated intellect' to the sun (see *S.T.* [50] and *Source* thereunder).
2. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-10].
3. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-18]; 9 [991a 12; b 3-4]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.

[50] *S.T.,* I, 79, 4, *c.*
Et ideo Aristoteles comparavit intellectum agentem lumini, quod est aliquid receptum in aere. Plato autem intellectum separatum imprimentem in animas nostras comparavit soli, ut Themistius dicit in Commentario III De An.

Source: Themistius, *De An. Par.,* VI [CG V, 103.33-35].

[51] *S.T.,* I, 79, 5, *ad 3*
Et sic illa communicatio hominum in primis intelligibilibus demonstrat unitatem intellectus separati, quem Plato comparat soli; non autem unitatem intellectus agentis, quem Aristoteles comparat lumini.

Source: See *Source* under *S.T.* [50].

[52] *S.T.,* I, 84, 1, *c.*
Respondeo. Dicendum, ad evidentiam huius quaestionis, quod primi philosophi qui de naturis rerum inquisiverunt, putaverunt nihil esse in mundo praeter corpus. Et quia videbant omnia corpora mobilia esse, et putabant ea in continuo fluxu esse, existimaverunt quod nulla certitudo de rerum veritate haberi posset a nobis. Quod enim est in

continuo fluxu, per certitudinem apprehendi non potest, quia prius labitur quam mente diiudicetur; sicut Heraclitus dixit quod 'non est possibile aquam fluvii currentis bis tangere,' ut recitat Philosophus in IV Metaph.

His autem superveniens Plato, ut posset salvare certam cognitionem veritatis a nobis per intellectum haberi,[1] posuit praeter ista corporalia aliud genus entium a materia et motu separatum, quod nominabat species sive ideas, per quarum participationem unumquodque istorum singularium et sensibilium dicitur vel homo vel equus vel aliquid huiusmodi. Sic ergo dicebat scientias et definitiones et quidquid ad actum intellectus pertinet, non referri ad ista corpora sensibilia, sed ad illa immaterialia et separata; ut sic anima non intelligat ista corporalia, sed intelligat horum corporalium species separatas.[2]... Videtur autem in hoc Plato deviare a veritate, quia cum aestimaret omnem cognitionem per modum alicuius similitudinis esse,[3] credidit quod forma cogniti ex necessitate sit in cognoscente eo modo quo est in cognito. Consideravit autem quod forma rei intellectae est in intellectu universaliter et immaterialiter et immobiliter; quod ex ipsa operatione intellectus apparet, qui intelligit universaliter et per modum necessitatis cuiusdam; modus enim actionis est secundum modum formae agentis. Et ideo existimavit quod oporteret res intellectas hoc modo in seipsis subsistere, scilicet immaterialiter et immobiliter.[4]

Hoc autem necessarium non est. Quia etiam in ipsis sensibilibus videmus quod forma alio modo est in uno sensibilium quam in altero, puta cum in uno est albedo intensior, in alio remissior, et cum in uno est albedo cum dulcedine, in alio sine dulcedine. Et per hunc etiam modum forma sensibilis alio modo est in re quae est extra animam et alio modo in sensu, qui suscipit formas sensibilium absque materia, sicut colorem auri sine auro. Et similiter intellectus species corporum, quae sunt materiales et mobiles, recipit immaterialiter et immobiliter secundum modum suum: nam receptum est in recipiente per modum recipientis. Dicendum est ergo quod anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, universali et necessaria.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 6].
2. *Ibid.* [987b 1-18]; 9 [990b 11-14; 991a 12-13; 992b 24 - 993a 10],
3. Aristotle, *De An.,* I, 2 [404b 16-19],
4. Boethius, *De Con. Phil.,* V, *Prosa* IV [F 150.71-73]; *Liber De Causis,* 7 [B 171.7-9]; 9 [B 174.15-17]; 19 [B 181.15-16]; 23 [B 185.9-10]; Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed. sec.,* I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167.7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium* [Geyer, 25.15-26.15].

[53] *S.T.,* I, 84, 2, *c.*

Dicendum quod antiqui philosophi posuerunt quod anima per suam essentiam cognoscit corpora. Hoc enim animis omnium communiter inditum fuit, quod 'simile simili cognoscitur.' Existimabant autem quod forma cogniti sit in cognoscente eo modo quo est in re cognita. E contrario tamen Platonici posuerunt. Plato enim, quia perspexit intellectualem animam immaterialem esse et immaterialiter cognoscere, posuit formas rerum cognitarum immaterialiter subsistere.

Source: The description here given is a synthesis of Aristotle, *De An.,* 1, 2 [404b 16-19] and *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]. For the immateriality of the soul, see Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 572], See also *Source* 4 under S.*T.* [52].

[54] *S.T.,* I, 84, 3, *arg.* 3
Sed aliquis etiam idiota, non habens scientiam acquisitam, respondet verum de singulis, si tamen ordinate interrogetur, ut narratur in Menone Platonis de quodam.

Source: St. Augustine, *De Trin.,* II, 15 [PL 42, 1011].

[55] *S.T.,* I, 84, 3, *c.*
Sed quia id quod habet actu formam, interdum non potest agere secundum formam propter aliquod impedimentum, sicut leve si impediatur sursum ferri, propter hoc Plato posuit quod intellectus hominis naturaliter est plenus omnibus speciebus intelligibilibus, sed per unionem corporis impeditur ne possit in actum exire.[1] – Sed hoc non videtur convenienter dictum. Primo quidem quia si habet anima naturalem notitiam omnium, non videtur esse possibile quod huius naturalis notitiae tantam oblivionem capiat, quod nesciat se huiusmodi scientiam habere. Nullus enim homo obliviscitur ea quae naturaliter cognoscit, sicut quod omne totum sit maius sua parte, et alia huiusmodi. Praecipue autem hoc videtur esse inconveniens, si ponatur esse animae naturale corpori uniri, ut supra habitum est; inconveniens enim est quod naturalis operatio alicuius rei totaliter impediatur per id quod est sibi secundum naturam. Secundo, manifeste apparet huius positionis falsitas ex hoc quod, deficiente aliquo sensu, deficit scientia eorum quae apprehenduntur secundum illum sensum; sicut caecus natus nullam potest habere notitiam de coloribus. Quod non esset, si intellectui animae essent naturaliter inditae omnium intelligibilium rationes. Et ideo dicendum est quod anima non cognoscit corporalia per species naturaliter inditas.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [993a 1-2]; *Post. Anal.,* II, 19 [99b 26-27]; St. Augustine, *De Trin.,* XV [PL 42, 1011]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781],

[56] *S.T.,* I, 84, 4, *c.*
Dicendum quod quidam posuerunt species intelligibiles nostri intellectus procedere ab aliquibus formis vel substantiis separatis. Et hoc dupliciter. Plato enim, sicut dictum est, posuit formas rerum sensibilium per se sine materia subsistentes, sicut formam hominis, quam nominabat per se hominem, et formam vel ideam equi, quam nominabat per se equum, et sic de aliis.[1] Has ergo formas separatas ponebat participari et ab anima nostra et a materia corporali: ab anima quidem nostra ad cognoscendum, a materia vero corporali ad essendum; ut sicut materia corporalis per hoc quod participat ideam lapidis, fit hic lapis, ita intellectus noster per hoc quod participat ideam lapidis, fit intelligens lapidem.[2] Participatio autem ideae fit per aliquam similitudinem ipsius ideae in participante ipsam, per modum quo exemplar participatur ab exemplato. Sicut igitur ponebat formas sensibiles quae sunt in materia corporali, effluere ab ideis sicut quasdam earum similitudines; ita ponebat species intelligibiles nostri intellectus esse similitudines quasdam

idearum ab cis effluentes.[3] Et propter hoc, ut supra dictum est, sciential et definitiones ad ideas referebat.[4]... Et sic in hoc Avicenna cum Platone concordat quod species intelligibiles nostri intellectus effluunt a quibusdam formis separatis, quas tamen Plato dicit per se subsistere; Avicenna vero ponit eas in intelligentia agente. Differunt etiam quantum ad hoc quod Avicenna ponit species intelligibiles non remanere in intellectu nostro postquam desinit actu intelligere; sed indiget ut iterato se convertat ad recipiendum de novo. Unde non ponit scientiam animae naturaliter inditam, sicut Plato, qui ponit participationes idearum immobiliter in anima permanere.[5]

Sed secundum hanc positionem sufficiens ratio assignari non posset quare anima nostra corpori uniretur. Non enim potest dici quod anima intellectiva corpori uniatur propter corpus, quia nec forma est propter materiam, nec motor propter mobile, sed potius e converso. Maxime autem videtur corpus esse necessarium animae intellectivae ad eius propriam operationem, quae est intelligere, quia secundum esse suum a corpore non dependet. Si autem anima species intelligibiles secundum suam naturam apta nata esset recipere per influentiam aliquorum separatorum principiorum tantum, et non acciperet eas ex sensibus, non indigeret corpore ad intelligendum; unde frustra corpori uniretur. – Si autem dicatur quod indiget anima nostra sensibus ad intelligendum, quibus quodammodo excitetur ad consideranda ea quorum species intelligibiles a principiis separatis recipit, hoc non videtur sufficere. Quia huiusmodi excitatio non videtur necessaria animae nisi inquantum est 'consopita,' secundum Platonicos, quodammodo et 'obliviosa' propter unionem ad corpus ;[6] et sic sensus non proficerent animae intellectivae nisi ad tollendum impedimentum quod animae provenit ex corporis unione. Remanet igitur quaerendum quae sit causa unionis animae ad corpus.

Source: 1. Aristode, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18] ; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3].

2. The use of the term 'participare' to describe the Platonic relationships between natural forms and the separated Ideas is, of course, commonplace in the Platonists. It is so used by Aristotle in reporting Platonism *{Meta.,* I, 6 [987b 9-14; 21] ; 9 [990b 28; 30 - 991a 3; 991a 14, b 5]; VII, 4 [1030a 13]; 6 [1031b 18]; 12 [1037b 18]; 15 [1040a 27]; VIII, 6 [1045b 8; 18] ; XII, 10 [1075b 19-20] ; XIII, 4 [1079a 25] ; 5 [1079b 18]). St. Augustine uses the same mode of expression with regard to God and the Divine Ideas: '...quarum [= idearum] participatione fit ut sit quidquid est, quoquomodo est' *[Oct. Tri. Quaes.,* 46); Boethius has it ['Sed omne quod bonum est boni participatione bonum esse concedis an minime?' *{De Con. Phil.,* Ill, 11 [F 92])] and it is common in the pseudo-Dionysius *{De Div. Nom.,* 2, 5 [P 49]). The *Liber De Causis* employs the terms 'recipere,' 'influere' etc., yet St. Thomas recognizes correctly that the Platonic *participation* is here involved.

I have, however, been unable to discover any use of the term *participation* to describe the relationship between the intellect and the Ideas in knowing and this despite the fact that St. Thomas frequently employs the parallel exposition of our present text. (For the Ideas as causes of knowledge,

see Aristotle, *Mela.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46).
3. Aristotle, *Mela.,* I, 9 [991a 20-21] ; cf. Avicenna, *De An.,* V, 5 [26Rb, K, 130]; 'Omnis autem apprehensio intelligibilis est similitudo aliqua ad formam separatam a materia.... Sed anima habet hoc ex hoc quod est substantia recipiens impressa ab eo.'
4. See *Source* under *S.T.* [52].
5. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25] ; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* XI and *Metrum* XI [F 91-96] ; Aristotle, *Prior. Anal.,* II, 21 [67a 21-22]; cf. Albertus Magnus, *Meta.,* VII, 5, 7 [B VII, 485] ; 'Plato autem et quidam Pythagoricorum quia universalia dicebant esse principia et substantiarum singularium et scientiae, dicebant illa semper esse in intellectu agente et possibili.'
6. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum XI* [F 95-96]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781],

[57] *S.T.,* I, 84, 5, *arg.* 3

Praeterea. Rationes aeternae nihil aliud sunt quam ideae; dicit enim Augustinus, in libro Octog. trium Quaest., quod 'ideae sunt rationes stabiles rerum in mente divina existentes.' Si ergo dicatur quod anima intellectiva cognoscit omnia in rationibus aeternis, redibit opinio Platonis, qui posuit omnem scientiam ab ideis derivari.

Source: Aristode, *Mela.,* I, 6 [987b 1-8]; 9 [991a 12]; St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46.

[58] *S.T.,* I, 84, 5, *c.*

Et ideo Augustinus, qui doctrinis Platonicorum imbutus fuerat, si qua invenit fidei accommoda in eorum dictis, assumpsit; quae vero invenit fidei nostrae adversa, in melius commutavit. Posuit autem Plato, sicut supra dictum est, formas rerum per se subsistere a materia separatas, quas ideas vocabat,1 per quarum participationem dicebat intellectum nostrum omnia cognoscere; ut sicut materia corporalis per participationem ideae lapidis fit lapis, ita intellectus noster per participationem eiusdem ideae cognosceret lapidem.2 Sed quia videtur esse alienum a fide quod formae rerum extra res per se subsistant absque materia, sicut Platonici posuerunt, dicentes per se vitam aut per se sapientiam esse quasdam substantias creatrices,3 ut Dionysius dicit XI cap. De Div. Nom. ; ideo Augustinus in libro Octog. trium Quaest. posuit loco harum idearum quas Plato ponebat, rationes omnium creaturarum in mente divina existere, secundum quas omnia formantur, et secundum quas etiam anima humana omnia cognoscit.... Quia tamen praeter lumen intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles a rebus acceptae ad scientiam de rebus materialibus habendam; ideo non per solam participationem rationum aeternarum de rebus materialibus notitiam habemus, sicut Platonici posuerunt quod sola idearum participatio sufficit ad scientiam habendam?

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14].
2. See *Source* 2 under *S.T.* [56].
3. Dionysius, *De Div. Nom.,* 11, 6 [P 344],
4. See *Source* 2 under *S.T.* [56].

[59] *S.T.,* I, 84, 6, *c.*

Plato vero e contrario posuit intellectum differre a sensu; et intellectum quidem esse virtutem immaterialem organo corporeo non utentem in suo actu.1 Et quia incorporeum non potest immutari a corporeo, posuit quod cognitio intellectualis non fit per immutationem intellectus a sensibilibus, sed per participationem formarum intelligibilium separatarum, ut dictum est.2 Sensum etiam posuit virtutem quandam per se operantem. Unde nec ipse sensus, cum sit quaedam vis spiritualis, immutatur a sensibilibus; sed organa sensuum a sensibilibus immutantur, ex qua immutatione anima quodammodo excitatur ut in se species sensibilium formet.3 Et hanc opinionem tangere videtur Augustinus, XII Super Genesim ad Litt., ubi dicit quod 'corpus non sentit, sed anima per corpus, quo velut nuntio utitur ad formandum in seipsa quod extrinsecus nuntiatur.' Sic igitur secundum Platonis opinionem, neque intellectualis cognitio a sensibili procedit, neque etiam sensibilis totaliter a sensibilibus rebus; sed sensibilia excitant animam sensibilem ad sentiendum, et similiter sensus excitant animam intellectivam ad intelligendum.

Aristoteles autem media via processit. Posuit enim cum Platone intellectum differre a sensu. Sed sensum posuit propriam operationem non habere sine communicatione corporis; ita quod 'sentire non sit actus animae tantum,' sed coniuncti. Et similiter posuit de omnibus operationibus sensitivae partis. Quia igitur non est inconveniens quod sensibilia quae sunt extra animam, causent aliquid in coniunctum, in hoc Aristoteles cum Democrito concordavit, quod operationes sensitivae partis causentur per impressionem sensibilium in sensum, non per modum defluxionis, ut Democritus posuit, sed per quandam operationem. Nam et Democritus omnem actionem fieri posuit per influxionem atomorum, ut patet in I De Gener. – Intellectum vero posuit Aristoteles habere operationem absque communicatione corporis. Nihil autem corporeum imprimere potest in rem incorpoream. Et ideo ad causandam intellectualem operationem, secundum Aristotelem, non sufficit sola impressio sensibilium corporum, sed requiritur aliquid nobilius, quia 'agens est honorabilius patiente,' ut ipse dicit. Non tamen ita quod intellectualis operatio causetur ex sola impressione aliquarum rerum superiorum, ut Plato posuit; sed illud superius et nobilius agens quod vocat intellectum agentem, de quo iam supra diximus, quod facit phantasmata a sensibus accepta intelligibilia in actu per modum abstractions cuiusdam.

Source: 1. Nemesius, *De Nal. Hom.,* 2 [PG 40, 572].
2. See *Source* 2 under *S.T.* [56],
3. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 6 [PG 40, 637]; *De Sp. et An.,* XIII [PL 40, 788]; St. Augustine, *De Genesi ad Lit.,* XII, 24 [PL 34, 475]. St. Thomas refers to this passage [S.T., I, 77, 5, *arg.* 3 *et ad* 3].

[60] *S.T.,* I, 84, 6, *ad 2*

Et quia secundum Platonis opinionem vis imaginaria habet operationem quae est animae solius;...

Source: See *Source* 3 under *S.T.* [59].

[61] *S.T.*, I, 84, 7, *c.*
Si autem proprium obiectum intellectus nostri esset forma separata; vel si formae rerum sensibilium subsisterent non in particularibus, secundum Platonicos, non oporteret quod intellectus noster semper intelligendo converteret se ad phantasmata.
Source: Aristotle, *Meta.*, I, 6 [987b 1-18].

[62] *S.T.*, I, 85, 1, *c.*
Plato vero, attendens solum immaterialitatem intellectus humani, non autem ad hoc quod est corpori quodammodo unitus, posuit obiectum intellectus ideas separatas;1 et quod intelligimus non quidem abstrahendo, sed magis abstracta participando,2 ut supra dictum est.
Source: 1. Aristotle, *Meta.*, I, 6 [987b 1-14].
2. See *Source* 2 under *S.T.* [56].

[63] *S.T.*, I, 85, 1, *ad* 1
Dicendum quod abstrahere contingit dupliciter. Uno modo, per modum compositionis et divisionis; sicut cum intelligimus aliquid non esse in alio, vel esse separatum ab eo. Alio modo, per modum simplicitatis; sicut cum intelligimus unum, nihil considerando de alio. Abstrahere igitur per intellectum ea quae secundum rem non sunt abstracta secundum primum modum abstrahendi, non est absque falsitate. Sed secundo modo abstrahere per intellectum quae non sunt abstracta secundum rem, non habet falsitatem, ut in sensu apparet. Si enim dicamus colorem non inesse corpori colorato, vel esse separatum ab eo, erit falsitas in opinione vel in oratione. Si vero consideremus colorem et proprietatem eius, nihil considerantes de pomo colorato; vel sic quod intelligimus, voce exprimamus, erit absque falsitate opinionis et orationis. Pomum enim non est de ratione coloris; et ideo nihil prohibet colorem intelligi, nihil intelligendo de pomo. Similiter dico quod ea quae pertinent ad rationem speciei cuiuslibet rei materialis, puta lapidis aut hominis aut equi, possunt considerari sine principiis individualibus, quae non sunt de ratione speciei. Et hoc est abstrahere universale a particulari, vel speciem intelligibilem a phantasmatibus, considerare scilicet naturam speciei absque consideratione individualium principiorum, quae per phantasmata repraesentantur. – Cum ergo dicitur quod intellectus est falsus qui intelligit rem aliter quam sit, verum est si ly aliter referatur ad rem intellectam. Tunc enim intellectus est falsus, quando intelligit rem esse aliter quam sit. Unde falsus esset intellectus, si sic abstraheret speciem lapidis a materia, ut intelligeret eam non esse in materia, ut Plato posuit.1 Non est autem verum quod proponitur, si ly aliter accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absque falsitate ut alius sit modus intelligentis in intelligendo, quam modus rei in essendo; quia intellectum est in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis.
Source: 1. Aristotle, *Meta.*, I, 6 [987b 1-8].

[64] *S.T.*, I, 85, 1, *ad 2*
Et quia Plato non consideravit quod dictum est de duplici modo abstractionis, omnia quae diximus abstrahi per intellectum, posuit abstracta esse secundum rem.
Source: Aristotle, *Meta.*, I, 6 [987b 7-18]; VII, 14 [1039a 24-33]; Boethius, *In Isag., ed sec.*, I, 10; 11 [CSEL 48, 163.14-22; 167. 7-11]; Abelard, *Glossae super Porphyrium [Geyer,* 25.15-26.15].

[65] *S.T.,* I, 85, 2, *c.*

...sicut secundum Platonicos omnes scientiae sunt de ideis,1 quas ponebant esse intellecta in actu.2

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].
2. See *Source* under *S.T.* [49],

[66] *S.T.,* I, 85, 3, *ad* 1

Sed secundum Platonem, qui posuit universalia subsistentia, secundum hanc considerationem universale esset prius quam particularia, quae secundum eum non sunt nisi per participationem universalium subsistentium, quae dicuntur ideae.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; VII, 6 [1038b 1 - 1041a 5].

[67] *S.T.,* I, 85, 3, *ad* 4

Non autem est necesse quod omne quod est principium cognoscendi, sit principium essendi, ut Plato existimavit,...

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 7-20].

[68] *S.T.,* I, 85, 8, *c.*

Si autem intellectus noster intelligeret per participationem indivisibilium separatorum, ut Platonici posuerunt,1 sequeretur quod indivisibile huiusmodi esset primo intellectum, quia secundum Platonicos prius participantur a rebus.2

Source: 1. See *Source* 2 under *S.T.* [56].
2. *Liber De Causis,* 1 [B 163.3-4; 164.6-9]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 70 and 71 [V 291-292].

[69] *S.T.,* I, 86, 4, *ad 2*

Dicendum quod, sicut Augustinus dicit XII Confess., anima habet quandam vim sortis, ut ex sui natura possit futura cognoscere; et ideo quando retrahitur a corporeis sensibus, et quodammodo revertitur ad seipsam, fit particeps notitiae futurorum. – Et haec quidem opinio rationabilis esset, si poneremus quod anima acciperet cognitionem rerum secundum participationem idearum,1 sicut Platonici posuerunt; quia sic anima ex sui natura cognosceret universales causas omnium effectuum, sed impeditur per corpus;2 unde quando a corporis sensibus abstrahitur, futura cognoscit.

Source: 1. See *Source 2* under *S.T.* [56].
2. Aristotle, *Mela.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 99la 12]; Cicero, *Tuse.,* I, 24; St. Augustine, *De Trim,* II, 15 [PL 42, 1011]; *Oct. Tri. Quaes.,* 46; Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 17 [D II, 170-172]; Chalcidius, *In Timaeum Platonis,* 193-209 [D II, 223-225]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; St.John Damascene, *De Fide Orth.,* Ill, 14 [PG 1037B and 1045B]; *De Sp. el An.,* 1 [PL 40, 781].

[70] *S.T.,* I, 87, 1, *c.*

Sic enim etiam Platonici posuerunt ordinem entium intelligibilium supra ordinem intellectuum,1 quia intellectus non intelligit nisi per participationem intelligibilem: participans autem est infra participatum secundum eos.2

Si igitur intellectus humanus fieret actu per participationes formarum

intcliigibilium separatarum, ut Platonici posuerunt,3 per huiusmodi participationem rerum incorporearum intellectus humanus seipsum intelligerct.

Source: 1. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 101 [V 491]; *Prop.* 161 [V 512-513] ; *Prop.* 163 [V 513].
2. *Liber De Causis,* 9 [B 173.18-27; 174.1-17]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 24 [V 275]; *Prop.* 167 [V 514-515],
3. Proclus, *ibid.* See *Source* under *S.T.* [56].

[71] *S.T.,* I, 88, 1, *c.*
Dicendum quod secundum opinionem Platonis substantiae immateriales non solum a nobis intelliguntur, sed etiam sunt prima a nobis intellecta. Posuit enim Plato formas immateriales subsistentes, quas ideas vocabat, esse propria obiecta nostri intellectus; et ita primo et per se intelliguntur a nobis. Applicatur tamen animae cognitio rebus materialibus, secundum quod intellectui permiscetur phantasia et sensus. Unde quanto magis intellectus fuerit depuratus, tanto magis percipit immaterialium intelligibilem veritatem.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18]; 9 [990b 11-14; 991a 12-13; 992b 24 - 993a 10].

[72] *S.T.,* I, 88, 2, *c.*
Quod quidem efficaciter diceretur, si substantiae immateriales essent formae et species horum materialium, ut Platonici posuerunt.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[73] *S.T.,* I, 89, 1, *c.*
Dicendum quod ista quaestio difficultatem habet ex hoc quod anima, quandiu est corpori coniuncta, non potest aliquid intelligere non con vertendo se ad phantasmata, ut per experimentum patet. Si autem hoc non est ex natura animae, sed per accidens hoc convenit ei ex eo quod corpori alligatur, sicut Platonici posuerunt, de facili quaestio solvi posset. Nam remoto impedimento corporis, rediret anima ad suam naturam, ut intelligeret intelligibilia simpliciter, non convertendo se ad phantasmata, sicut est de aliis substantiis separatis.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 17 [D II, 170-172]; Chalcidius, *In Timaeum Platonis,* 193-209 [D II, 223-225] ; Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-8] ; 9 [991a 12] ; Cicero, *Tuse.,* I, 24; St. Augustine, *De Trin.,* II, 15 [PL 42, 1011]; *Oct. Tri. Quaes.,* 46; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25] ; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; St.John Damascene, *De Fide Orth.,* Ill, 14 [PG 1O37B and 1045B]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781].

[74] *S.T.,* I, 103, 6, *arg.* 1 *et ad* 1
Gregorius enim Nyssenus reprehendit opinionem Platonis, qui divisit providentiam in tria: primam quidem primi dei, qui providet rebus caelestibus et universalibus omnibus; secundam vero providentiam esse dixit secundorum deorum, qui caelum circumeunt, scilicet respectu eorum quae sunt in generatione et corruptione; tertiam vero providentiam dixit quorundam daemonum, qui sunt custodes circa terram humanarum actionum. Ergo videtur quod omnia immediate a Deo gubernentur.

Dicendum quod opinio Platonis reprehenditur, quia etiam quantum ad rationem gubernationis, posuit Deum non immediate omnia gubernare. Quod patet per hoc, quod divisit in tria providentiam, quae est ratio gubernationis.

Source: Nemesius, *De Nat. Hom.,* 44 [PG 40, 793; 796].

[75] *S.T.,* I, 110, 1, *ad 3*

Dicendum quod de substantiis immaterialibus diversimode philosophi sunt locuti. Plato enim posuit substantias immateriales esse rationes et species sensibilium corporum, et quasdam aliis universaliores, et ideo posuit substantias immateriales habere praesidentiam immediatam circa omnia sensibilia corpora, et diversas circa diversa. – Aristoteles autem posuit quod substantiae immateriales non sunt species corporum sensibilium, sed aliquid altius et universalius; et ideo non attribuit eis immediatam praesidentiam supra singula corpora, sed solum supra universalia agentia, quae sunt corpora caelestia. – Avicenna vero mediam viam secutus est. Posuit enim cum Platone, 'aliquam substantiam spiritualem praesidentem immediate sphaerae activorum et passivorum,' eo quod, sicut Plato ponebat quod formae horum sensibilium derivantur a substantiis immaterialibus, ita etiam Avicenna hoc posuit. Sed in hoc a Platone differt, quod posuit unam tantum substantiam immaterialem praesidentem omnibus corporibus inferioribus, quam vocavit intelligentiam agentem.

Doctores autem sancti posuerunt, sicut et Platonici, diversas rebus corporeis substantias spirituales esse praepositas.

Source: Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 8-10]; 9 [991b 3-4]; III. 2 [997b 8-9]; *Liber De Causis,* 1 [B 163.14 - 164.2]; 17 [B 179.19-22]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 5, 2 [P 258]; 11, 6 [P 421-424].

[76] *S.T.,* I, 110, 2, *c.*

Dicendum quod Platonici posuerunt formas quae sunt in materia, causari ex immaterialibus formis, quia formas materiales ponebant esse participationes quasdam immaterialium formarum.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 8-9; 18-19]; 9 [991b 2-3]; III, 2 [997b 2-3; 8-9].

[77] *S.T.,* I, 112, 4, *ad 2*

Et hoc procedit secundum rationem Platonicorum qui dicebant quod quanto aliqua sunt uni primo principio propinquiora, tanto sunt minoris multitudinis; sicut quanto numerus est propinquior unitati, tanto est multitudine minor.

Source: *Liber De Causis,* 4 [B 166.22-25]. Cf. Avicenna, *Meta.,* IX, 4 [F 299; 304]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 13, 2 [P 439-444],

[78] *S.T.,* I, 115, 1, c.

Et videtur haec opinio derivata esse ab opinione Platonis. Nam Plato posuit omnes formas quae sunt in materia corporali, esse participatas et determinatas et contractas ad hanc materiam ; formas vero separatas esse absolutas et quasi universales;[1] et ideo illas formas separatas dicebat esse causas formarum quae sunt in materia.[2]... Unde si esset forma ignis separata, ut Platonici posuerunt,[3] esset aliquo modo causa omnis ignitionis. Sed haec forma ignis quae est in hac materia corporali, est

causa huius ignitionis quae est ab hoc corporc in hoc corpus.... Nam Plato ponebat solum formas substantiales separatas;4 accidentia vero reducebat ad principia materialia quae sunt magnum et parvum, quae ponebat esse prima contraria, sicut et alii rarum et densum.5 Et ideo tam Plato quam Avicenna, in aliquo ipsum sequens, ponebant quod agentia corporalia agunt secundum formas accidentales, disponendo materiam ad formam substantialem; sed ultima perfectio, quae est per inductionem formae substantialis, est a principio immateriali.2

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* 9 [991a 11 ; 991b 3-4; 992a 24-29] ; Averroes, *In Meta., NI\,com.* 31 [180E - 1811]; XII, *com.* 18 [303E - 305vI].
3. See 1 above.
4. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [990b 29].
5. Aristotle, *Phy.,* I, 4 [187a 16-20]; *Mela.,* I, 9 [992b 1-6],

[79] *S.T.,* I, 115, 3, *ad 2*
Unde Platonici posuerunt species separatas, secundum quarum participationem inferiora corpora substantiales formas consequuntur.1 – Sed hoc non videtur sufficere. Quia species separatae semper eodem modo se haberent, cum ponantur immobiles; et sic sequeretur quod non esset aliqua variatio circa generationem et corruptionem inferiorum corporum; quod patet esse falsum.2

Source: 1. See *Source* 1 and 2 under *S.T.* [78].
2. Aristotle, *Meta.,* I, 7 [988b 3-4],

[80] *S.T.,* I, 115, 5, *c.*
Ex quibus Platonici moti fuerunt ut ponerent 'daemones esse animalia corpore aerea, animo passiva'; ut ab Apuleio dictum Augustinus introducit VIII De Civit. Dei. Et haec est secunda opinio: secundum quam dici posset quod daemones hoc modo subduntur corporibus caelestibus, sicut et de hominibus dictum est.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A].

[81] *S.T.,* I, 117, 1, c.
Alia est opinio Platonicorum, qui posuerunt quod scientia inest a principio animabus nostris1 per participationem formarum separatarum sicut supra habitum est;2 sed anima ex unione corporis impeditur ne possit considerare libere ea quorum scientiam habet. Et secundum hoc discipulus a magistro non acquirit scientiam de novo, sed ab eo excitatur ad considerandum ea quorum scientiam habet; ut sic addiscere nihil aliud sit quam reminisci.3 Sic etiam ponebant quod agentia naturalia solummodo disponunt ad susceptionem formarum, quas acquirit materia corporalis per participationem specierum separatarum.4

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [993a 1-2]; *Post. Anal.,* II, 19 [99b 26-27]; St. Augustine, *De Trin.,* XV [PL 42, 1011],
2. See *Source 2* under *S.T.* [56].
3. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25] ; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781].
4. Aristotle, *Meta.,* 9 [991a 11; 991b 3-4; 992a 24-29]; Averroes, *In Meta.,* VII, *com.* 31 [180E - 1811]; XII, *com.* 18 [303E - 305vI],

Si vero loquamur de beatitudine perfecta quae cxpcctatur post hanc vitam, sciendum quod Orígenes posuit, quorundam Platonicorum errorem sequens, quod post ultimam beatitudinem homo potest fieri miser.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30.

[83] *S.T.,* I-II, 13, 6, *arg.* 3

Si aliqua duo sunt penitus aequalia, non magis movetur homo ad unum quam ad aliud; sicut famelicus, si habet cibum aequaliter appetibilem in diversis partibus, et secundum aequalem distantiam, non magis movetur ad unum quam ad alterum, ut Plato dixit, assignans rationem quietis terrae in medio, sicut dicitur in II De Caelo.

Source: Aristotle, *De Caelo,* II, 13 [295b 12; 25]. Aristotle does not expressly attribute to Plato. Averroes *(In L. De Caelo,* II, *com.* 90 [157c]) explicitly mentions Plato and more clearly expresses the reason: '...quoniam tunc necessarium est ut illud corpus stet in centro *propter aequalitatem attractionis...'* Cf. Simplicius, *In L. De Caelo,* II [CG VII, 531.34 - 533.5].

[84] *S.T.,* I-II, 34, 3, *c.*

Dicendum quod Plato non posuit omnes delectationes esse malas, sicut Stoici¡neque omnes esse bonas, sicut Epicurei; sed quasdam esse bonas, et quasdam esse malas; ita tamen quod nulla sit summum bonum, vel optimum. Sed quantum ex eius rationibus datur intelligi, in duobus deficit. In uno quidem quia, cum videret delectationes sensibiles et corporales in quodam motu et generatione consistere, sicut patet in repletione ciborum et huiusmodi, aestimavit omnes delectationes consequi generationem et motum. Unde cum generatio et motus sint actus imperfecti, sequeretur quod delectatio non haberet rationem ultimae perfectionis. Sed hoc manifeste apparet falsum in delectationibus intellectualibus. Aliquis enim non solum delectatur in generatione scientiae, puta cum addiscit aut miratur, sicut supra dictum est, sed etiam in contemplando secundum scientiam iam acquisitam.[1] – Alio vero modo, quia dicebat optimum illud quod est simpliciter summum bonum, quod scilicet est ipsum bonum quasi abstractum et non participatum, sicut ipse Deus est summum bonum.[2]

Source: See *In Sent.* [38],

1. For this argument and its criticism, see Aristotle, *Eth.,* X, 2 [1173a 29 - 1173b 20].
2. See *ibid.,* I, 6 [1096a 11 - 1096b 35]. St. Thomas in his commentary applies this discussion to the present point *(In Eth.* [20]).

[85] *S.T.,* I-II, 36, 3, *c.*

Dicendum quod eo modo quo concupiscentia vel cupiditas boni est causa doloris, etiam appetitus unitatis vel amor causa doloris ponendus est. Bonum enim uniuscuiusque rei in quadam unitate consistit, prout scilicet unaquaeque res habet in se unita illa ex quibus consistit eius perfectio;[1] unde et Platonici posuerunt unum esse principium, sicut et bonum.[2]

Source: 1. Aristotle, *Eth.,* 1, 4 (1095a 26-28J; 6 [1096a 22-33; 1096a 35 - b 3]; *Meta.,* VII, 14; 15 [1040b 16-22]; X, 2 [1053b 11-13] ; XII, 4 [1070b 7] ; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C] ; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Mom.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257] ; 5, 3 [P 259-260] ; 13, 2 [P 439-444] ; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 8 [V 268]; *Prop.* 12 [V 269],

2. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137] ; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C] ; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Mom.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257] ; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270],

[86] *S.T.,* I-II, 52, 1, *c.*

Plotinus enim et alii Platonici ponebant ipsas qualitates et habitus suscipere magis et minus, propter hoc quod materiales erant, et ex hoc habebant indeterminationem quandam propter materiae infinitatem.

Source: Simplicius, *In Cat.,* VIII [CG VIII, 284.13-17],

[87] *S.T.,* I-II, 58, 4, *ad 3*

Et ideo etsi virtus moralis non sit ratio recta, ut Socrates dicebat, non tamen solum est secundum rationem rectam, inquantum inclinat ad id quod est secundum rationem rectam, ut Platonici posuerunt, sed etiam oportet quod sit cum ratione recta, ut Aristoteles dicit in VI Eth.

Source: The opinion is said, in the *Ethics* (VI, 13 [1144b 21-48]), to be that of all current thinkers. St. Thomas in his commentary (VI, 11 [1281 and 1283]) calls them 'qui suo tempore erant' and 'moderni.'

[88] 5.7"., I-II, 61, 5, *sed contra*

Sed contra est quod Macrobius ibidem dicit: 'Plotinus, inter philosophiae professores cum Platone princeps: Quatuor sunt, inquit, quaternarum genera virtutum. Ex his primae politicae vocantur; secundae, purgatoriae; tertiae autem, iam purgati animi; quartae, exemplares.'

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 6, 5 [E 506.30 - 507.3].

[89] 5.7"., I-II, 63, 1, *c.*

Dicendum quod circa formas corporales, aliqui dixerunt quod sunt totaliter ab intrinseco, sicut ponentes latitationem formarum. Aliqui vero, quod totaliter sint ab extrínseco, sicut ponentes formas corporales esse ab aliqua causa separata. Aliqui vero, quod partim sint ab intrinseco, inquantum scilicet praeexistunt in materia in potentia, et partim ab extrínseco, inquantum scilicet reducuntur ad actum per agens. – Ita etiam circa scientias et virtutes, aliqui quidem posuerunt eas totaliter esse ab intrinseco, ita scilicet quod omnes virtutes et scientiae naturaliter praeexistunt in anima; sed per disciplinam et exercitium impedimenta scientiae et virtutis tolluntur, quae adveniunt animae ex corporis gravitate, sicut cum ferrum clarificatur per limitationem. Et haec fuit opinio Platonicorum.

Source: Plato, *Timaeus,* interp. Chal., 17 [D II, 170-172]; Chalcidicis, *In Timaeum Platonis,* 193-209 [D II, 223-225]; Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 1-8; 991a 12]; Cicero, *Tuse.,* 1, 24; St. Augustine, *De Trin.,* II, 15 [PL42, 1011]; *Oct. Tri. Quaes.,* 46; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 12, 7 [E 520.20-25]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Metrum* XI [F 95-96]; St.John Damascene, *De Fide Orth.,* Ill, 14 [PG 1037B and 1045B]; *De Sp. et An.,* 1 [PL 40, 781].

[90] *S.T.,* I-II, 105, 1, *arg. 2*
'Optimi est optima adducere,' ut Plato dicit.

Source: See *In Sent.* [9].

[91] *S.T.,* II-II, 23, 2, *ad* 1
Dicendum quod ipsa essentia divina caritas est, sicut et sapientia est, et bonitas est. Unde sicut dicimur boni bonitate quae est Deus, et sapientes sapientia quae est Deus, quia bonitas qua formaliter boni sumus est participatio quaedam divinae bonitatis, et sapientia qua formaliter sapientes sumus est participatio quaedam divinae sapientiae; ita etiam caritas qua formaliter diligimus proximum est quaedam participatio divinae caritatis. Hic enim modus loquendi consuetus est apud Platonicos, quorum doctrinis imbutus fuit Augustinus. Quod quidam non advertentes, ex verbis eius sumpserunt occasionem errandi.

Source: Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14] ; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C] ; 8 [F] ; Dionysius, *De Div. Norn.,* 4, 1 [P 95] ; 5, 1 [P 257] ; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].

[92] *S.T.,* II-II, 48, *un., arg.* 1
Tullius enim in II Rhet., ponit tres partes prudentiae, scilicet 'memoriam, intelligentiam et prudentiam.' Macrobius autem, secundum sententiam Platonis, attribuit prudentiae sex: scilicet 'rationem, intellectum, circumspectionem, providentiam, docilitatem et cautionem.'

Source: Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 8, 7 [E 507.14-16].

[93] *S.T.,* II-II, 94, 1, *c.*
Alii vero, scilicet Platonici, posuerunt unum esse summum Deum, causam omnium;1 post quem ponebant esse substantias quasdam spirituales a summo Deo creatas, quas deos nominabant, participatione scilicet divinitatis, nos autem eos angelos dicimus;2 post quos ponebant animas caelestium corporum;3 et sub his daemones, quos dicebant esse aerea quaedam animalia;1 et sub his ponebant animas hominum, quas per virtutis meritum ad deorum vel daemonum societatem assumi credebant.5 Et his omnibus cultum divinitatis exhibebant,6 ut Augustinus narrat in XVIII De Civit. Dei.

Source: 1. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *De Con. Phil.,* Ill, *Prosa X* [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F 91-95]; Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; I, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C];

8 [F]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P 95]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementado Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].
2. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 14 [A]; IX, 23; Plato, *Timaeus,* interp. Chai., 15-16 [D II, 168-169]; *Liber De Causis,* 3 [B 165.1-3; 166.15]; 18 [B 180.9]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 11,6.
3. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 190 [V 523-524],
4. St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 14 [A]; 16 [A]; IX, 8 [A]; 12 [A],
5. *Ibid.,* IX, 11.
6. *Ibid.,* VIII, 12 [A]; 13 [B]; 14 [A]; 16; X, 1 [C]. If the reference to Book 18 is correct, chapter 14 is probably intended.

[94] *S.T.,* II-II, 145, 2, *ad* 1
Unde et Tullius dicit in I De Off.: 'Formam ipsam, et tanquam faciem honesti vides: quae si oculis cerneretur, mirabiles amores ut ait Plato, excitaret sapientiae.'

Source: Cicero, *De Off.,* I, 5.

[95] *S.T.,* II-II, 152, 2, *arg. 3 et ad 3*
Praeterea. Poena non debetur nisi vitio. Sed apud antiquos puniebantur secundum leges illi qui semper caelibem vitam ducebant, ut Maximus Valerius dicit. Unde et Plato, secundum Augustinum in libro De Vera Relig., 'sacrificasse dicitur ut perpetua eius continentia tanquam peccatum aboleretur.' Ergo virginitas est peccatum.

Ad tertium. Dicendum quod leges feruntur secundum ea quae ut in pluribus accidunt. Hoc autem rarum erat apud antiquos, ut aliquis amore veritatis contemplandae ab omni delectatione venerea abstineret: quod solus Plato legitur fecisse. Unde non sacrificavit quasi hoc peccatum reputaret, sed perversae opinioni civium cedens, ut ibidem Augustinus dicit.

Source: St. Augustine, *De Vera Religione,* III, 5 [PL 34, 125].

[96] *S.T.,* II-II, 169, 2, *ad 4*
Si tamen operibus alicuius artis pluries aliqui male uterentur, quamvis dc se non sint illicitae, sunt tamen per officium principis a civitate extirpandae, secundum documenta Platonis.

Source: St. Augustine, *De Civ. Dei,* II, 14.

[97] *S.T.,* II-II, 172, 1,c.
Et sic, sicut Augustinus dicit, XII Super Genesim ad Litt., 'quidam voluerunt animam humanam habere quandam vim divinationis in seipsa.' Et hoc videtur esse secundum opinionem Platonis, qui posuit quod animae habent omnium rerum cognitionem per participationem idearum,[1] sed ista cognitio obnubilatur in eis per coniunctionem corporis;[2] in quibusdam tamen plus, in quibusdam vero minus, secundum corporis puritatem diversam.[3] Et secundum hoc posset dici quod homines habentes animas non multum obtenebratas ex corporum unione, possunt talia futura praecognoscere secundum propriam scientiam.

Source: I. See *Source* 2 under *S.T.* [56].
2. See *Source* 6 under *S.T.* [56].
3. Macrobius, *In Sont. Scip.,* I, 12, 7-12 [E 520-521].

[98] *S.T.,* III, *2,5, ad 2*
Nisi forte diceretur quod humana natura est quaedam idea separata, sicut Platonici posuerunt hominem sine materia.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 30-32]; *Eth.,* 1, 6 [1096a 35 - b 3].

[99] *S.T.,* III, 4, 4, *arg. 2, c., et ad 2*
Ergo Filius Dei debuit assumere hominem per se. Qui quidem secundum Platonicos est humana natura ab individuis separata.1...

Dicendum quod natura hominis, vel cuiuscumque alterius rei sensibilis, praeter esse quod in singularibus habet, dupliciter potest intelligi: uno modo, quasi per seipsam esse habeat, sicut Platonici posuerunt;1 alio modo, sicut in intellectu existens, vel humano vel divino.

Ad secundum. Dicendum quod per se homo non invenitur in rerum natura ita quod sit praeter singularia, ut Platonici posuerunt.1 Quamvis quidam dicant quod Plato non intellexit hominem separatum esse nisi in intellectu divino.2 Et sic non oportuit quod assumeretur a Verbo, cum ab aeterno sibi affuerit.

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-14]; VII, 14 [1039a 30-32]; *Eth.,* I, 6 [1096a 35 - b 3],
2. Perhaps St. Augustine, *Oct. Tri. Quaes.,* 46; cf. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 6, 20 [E 488.21-22],

[100] *S.T.,* III, 77, 2, *c.*
Secundo, quia prima dispositio materiae est quantitas dimensiva; unde et Plato posuit primas differentias materiae magnum et parvum.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 20-26].

7. OPUSCULA, ETC.

De propositionibus modalibus

No text.

Defallaciis ad quosdam nobiles artistas

No text.

Principium Fr. Thomae de Aq., quando incepit Parisius ut Baccelarius Biblicus

No text.

De ente el essentia

[I] *De Ente el Essentia,* 3 [R-G 23.19-25]
Similiter cciam non potest dici quod ratio generis et speciei conueniat essentie secundum quod est res qucdam existens extra singularia, ut platonici ponebant,1 quia sic genus et species non predicarentur de hoc indiuiduo; non enim potest dici quod Socrates sit hoc quod ab eo separatum est,2 nec iterum illud separatum proficiet in cognitionem huius singularis.3

Source: Although St. Thomas makes extensive use of Avicenna in the *De Ente et Essentia* and although Avicenna criticized the Platonic theory (especially in *Met.* VII), this formulation of objections is not to be found in Avicenna's *Metaphysics.*
1. Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-6].
2. *Ibid.,* VII, 14 [1038b 8-23].
3. *Ibid.,* I, 9 [991a 12-13].

De principiis naturae adfratrem Silvestrum

No text.

Breve principium Fr. Thomae de Aq.,
quando incepit Parishes ut magister in theologia

No text.

Contra impugnantes Dei cultum et religionem

No text.

Expositio super Decretalem ***I***

No text.

Expositio super Decretalem ***II***

No text.

De Regimine Judaeorum ad ducissam Brabanliae

No text.

De articulisfidei et ecclesiae sacramentis

[1] *In Art. Fidei et Sacramenta Eccl. Expositio*
Secundus est error Platonis et Anaxagorae, qui posuerunt mundum factum a Deo, sed ex materia praejacenti: contra quos dicitur in Psalm 168, 3: 'Mandavit, et creata sunt,' idest ex nihilo facta....

Source: St. Ambrose, *In Hexaem.,* I, 1 [PL 14, 123]; Chalcidius, *In Timaeum Platonis,* 298 [DII, 245]; Petrus Lomb., *Sent.,* II, 1, 1.

De emptione et venditione ad tempus

No text.

Contra errores Graecorum

No text.

De rationibusfidei contra Saracenos, Graecos et Armenos

No text.

De regimine principum sive de regno

No text.

Responsio ad Fr. Joannem Vercellensem de articulis CVIII

No text.

De perfeccione vitae spiritualis

No text.

De sortibus ad dominum Jacobum

No text.

Deforma absolutionis

No text.

De occultis operibus naturae

[1] *De Occ. Oper. Nat.*

Formarum autem substantialium Platonici quidem principium attribuebant in substantiis separatis,1 quas species vel ideas vocabant,2 quarum imagines dicebant esse formas naturales materiae impressas.3 Sed hoc principium non potest sufficere. Primo quidem, quia oportet faciens simile esse facto. Id autem quod fit in rebus naturalibus, non est

forma, sed compositum ex materia et forma; ad hoc enim aliquid fit, ut sit: proprie autem esse dicitur compositum subsistens; forma autem dicitur esse ut quo aliquid est. Non igitur forma proprie est id quod fit, sed compositum. Id igitur quod facit res naturales esse, non est forma tantum, sed compositum.4 Deinde formas absque materia existentes oportet immobiles esse, quia motus est actus existentis in potentia, quod primae materiae convenit: unde oportet quod semper eodem modo se habeant. A causa autem eodem modo se habente procedunt formae eodem modo se habentes: quod quidem in formis inferiorum corporum non apparet propter generationem et corruptionem talium corporum.5

Source: 1. Aristotle, *Meta.,* I, 6; 9 [987b 18-19; 991b 3-4],
2. *Ibid.* [987b 7-8]. Aristotle has only the *Vetus* 'ydeas'; the Cathala 'ideas et species.' St. Thomas comments *(In* I *Meta.,* 10 [C 153]) the last.
3. Aristotle, *Meta.,* I, 9 [991a 21-22]. 'Imprimere' is used in the *Liber De Causis* and by Avicenna. See *Source* under *S. T.* [26].
4. This summarizes the argumentation of Aristotle, *Meta.,* VII, 6-8 [1032a 12 - 1034a 8],
5. Aristotle, *Meta.,* VII, 6 [987b 1-18].

De judiciis astrorum ad Fr. Reginaldum

No text.

Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines a religionis ingressu

No text.

De aeternitate mundi contra murmurantes

No text.

De unitate intellectu contra Averroistas

[1] *De Un. Intell.,* 1 [K 5]
...et praecipue quia Plato posuit animam non uniri corpori ut formam, sed magis ut motorem et rectorem, ut patet per Plotinum1 et Gregorium Nyssenum,2 (quos ideo induco quia non fuerunt Latini sed Graeci).

Source: 1. Macrobius, *In Som. Scip.,* II, 12, 7-10 [E 613.32-614.25].
2. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 505]; 3 [PG 40, 593].

[2] *De Un. Intell.,* 1 [K 7]
Et Plato posuit diversas esse animas in homine, secundum quas diversae operationes vitae ei conveniant. Consequenter movet dubitationem: 'utrum unumquodque horum sit anima per se, vel sit aliqua pars animae; et si sint partes unius animae, utrum differant solum secundum rationem, aut etiam differant loco,' i.e. organo.

Source: Averroës, *In De An.,* 1, *coin.* 90 [45F]; Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32-94.3].

[3] *De Un. Intell.,* 1 [K 24]
Et quod intellectus animae non habet organum, manifestat per dictum 'quorundam qui dixerunt quod anima est locus specierum,' large accipientes 'locum' pro omni receptivo, more Platonico.

Source: Aristotle, *Phy.,* IV, 2 [209b 1-16].

[4] *De Un. Intell.,* 1 [K 32-33]
Videtur autem quod nihil incorruptibile possit esse forma corporis corruptibilis. Non enim est accidentale formae, sed per se ei convenit esse in materia; alioquin ex materia et forma fieret unum per accidens. Nihil autem potest esse sine eo, quod inest ei per se. Ergo forma corporis non potest esse sine corpore. Si ergo corpus sit corruptibile, sequitur formam corporis corruptibilem esse. Praeterea, formae separatae a materia, et formae quae sunt in materia, non sunt eaedem specie, ut probatur in VII Metaph. Multo ergo minus una et eadem forma numero potest nunc esse in corpore nunc autem sine corpore. Destructo ergo corpore, vel destruitur forma corporis, vel transit ad aliud corpus. Si ergo intellectus est forma corporis, videtur ex necessitate sequi quod intellectus sit corruptibilis.

Est autem sciendum, quod ratio haec Platonicos movit. Nam Gregorius Nyssenus imponit Aristoteli, e contrario, quod quia posuit animam esse formam, quod posuerit eam esse corruptibilem.[1] Quidam vero posuerunt propter hoc, animam transire de corpore in corpus.[2] Quidam etiam posuerunt, quod anima haberet corpus quoddam incorruptibile, a quo nunquam separaretur.[3] Et ideo ostendendum est per verba Aristotelis, quod sic posuit intellectivam animam esse formam quod tamen posuit eam incorruptibilem.

Source: 1. Nemesius, *De Nat. Hom.,* 2 [PG 40, 560-561].
2. *Ibid.* [PG 40, 580]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* X, 30 [A].
3. Proclus, *Elemental™ Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 196 [V 525].

[5] *De Un. Intell.,* 1 [K 48]
...utrum intellectus differat ab aliis partibus animae subjecto et loco, ut Plato dixit, vel ratione tantum.

Source: Themistius, *De An. Par.,* V [CG V, 93.32-94.3] ; VIII [CG V, 117.2]; Averroes, *In De An.,* I, *com.* 90 [45F].

[6] *De Un. Inlell.,* 3 [K 76]
Si autem dicatur quod hoc individuum, quod est Socrates, neque est aliquid compositum ex intellectu et corpore animato, neque est corpus animatum tantum, sed est solum intellectus; haec iam erit opinio Platonis, qui, ut Gregorius Nyssenus refert, 'propter hanc difficultatem non vult hominem ex anima et corpore esse, sed animam corpore utentem et velut indutam corpore.'[1] Sed et Plotinus, ut Macrobius refert, ipsam animam hominem esse testatur, sic dicens: 'Ergo qui videtur, non ipse verus homo est, sed ille a quo regitur quod videtur. Sic, cum morte animalis discedit animatio, cadit corpus a regente viduatum; et hoc est quod videtur in homine mortale. Anima vero, quae verus homo est, ab omni mortalitatis conditione aliena est.'[2]

Source: I. Nemesios, *De Nat. Hum.,* 3 [PG 40, 593].
2. Macrobius, *In Soin. Sci/i.,* 11, 12, 7-10 [E 613.32 - 614.25].

[7] *De Un. Intell.,* 3 [K 7B]
Quod enim homo non sit intellectus tantum, vel anima tantum, multipliciter probatur. Primo quidem, ab ipso Gregorio Nysseno, qui inducta opinione Platonis subdit: 'Habet autem hic sermo difficile vel indissolubile quid. Qualiter enim imum esse potest cum indumento anima? Non enim unum est tunica cum induto.'

Source: Nemesius, *De Nat. Horn.,* 1 [PG 40, 593].

[8] *De Un. Inlell.,* 4 [K 86]
Nihil enim inconveniens videtur sequi, si ab uno agente multa perficiantur, quemadmodum ab uno sole perficiuntur omnes potentiae visivae animalium ad videndum; quamvis etiam hoc non sit secundum intentionem Aristotelis, qui posuit intellectum agentem esse aliquid in anima, unde comparavit ipsum lumini. Plato autem ponens intellectum unum separatum, comparavit ipsum soli, ut Themistius dicit. Est enim unus sol, sed plura lumina diffusa a sole ad videndum.

Source: Themistius, *De An. Par.,* VI [CG V, 103.33-35].

[9] *De Un. Inlell.,* 5 [K 102]
Nec etiam hoc verum est, quod substantia separata non sit singularis et individuum aliquid: alioquin non haberet aliquam operationum, cum actus sint solum singularium, ut Philosophus dicit: unde contra Platonem argumentatur in VII Metaph., quod si ideae sunt separatae, non praedicabitur de multis idea, nec poterit definiri sicut nec alia individua quae sunt unica in sua specie, ut sol et luna. Non enim materia est principium individuationis in rebus materialibus, nisi in quantum materia non est participabilis a pluribus, cum sit primum subiectum non existens in alio. Unde et de idea Aristoteles dicit quod, si idea esset separata, esset quaedam, i.e. individua, quam impossibile esset praedicari de multis.

Source: Aristotle, *Nieta.,* VII, 14 [1039a 32; 1039b 8-23]; 15 [1040a 8-9].

[10] *De Un. Inlell.,* 5 [K 109]
Sed inquirendum restat quid sit ipsum intellectum. Si enim dicant quod intellectum est una species immaterialis existens in intellectu, latet ipsos quod quodammodo transeunt in dogma Platonis, qui posuit quod de rebus sensibilibus nulla scientia potest haberi, sed omnis scientia habetur de forma una separata. Nihil enim refert ad propositum, utrum aliquis dicat quod scientia quae habetur de lapide, habetur de una forma lapidis separata, an de una forma lapidis quae est in intellectu: utrobique enim sequitur quod scientiae non sunt de rebus quae sunt hic, sed de rebus separatis solum. Sed quia Plato posuit huiusmodi formas immateriales per se subsistentes, poterat etiam cum hoc ponere plures intellectus, participantes ab una forma separata unius veritatis cognitionem. Isti autem quia ponunt huiusmodi formas immateriales (quas dicunt esse intellecta) in intellectu, necesse habent ponere quod sit unus intellectus tantum, non solum omnium hominum, sed etiam simpliciter.

Source: Aristotle, *Meta.,* I, 6 [987b 1-18].

[II] *De Un. Intell.,* 5 [K 12O-12I]

Et ut Graccos non omittamus, ponenda sunt circa hoc verba Themistii in Commento. Cum enim quaesivisset de intellectu agente, utrum sit unus aut plures, subiungit solvens: 'Aut primus quidem illustrans est unus, illustrati autem et illustrantes sunt plures. Sol quidem enim est unus, lumen autem dices modo aliquo partiri ad visus. Propter hoc enim non solem in comparatione posuit [scii. Aristoteles], sed lumen; Plato autem solem.' Ergo patet per verba Themistii quod nec intellectus agens, de quo Aristoteles loquitur, est unus qui est illustrans, nec etiam possibilis qui est illustratus. Sed verum est quod principium illustrationis est unum, scii, aliqua substantia separata, – vel Deus secundum Catholicos, vel intelligentia ultima secundum Avicennam. Unitatem autem huius separati principii probat Themistius per hoc, quod docens et addiscens idem intelligit, quod non esset nisi esset idem principium illustrans. Sed verum est quod postea dicit quosdam dubitasse de intellectu possibili, utrum sit unus.

Nec circa hoc plus loquitur, quia non erat intentio eius tangere diversas opiniones philosophorum, sed exponere sententias Aristotelis, Platonis et Theophrasti; unde in fine concludit: 'Sed quod [quidem] dixi pronunciare quidem de eo quod videtur philosophis, singularis est studii et sollicitudinis. Quod autem maxime aliquis utique ex verbis quae collegimus, accipiat de his sententiam Aristotelis et Theophrasti, magis autem et ipsius Platonis, hoc promptum est propalare.' Ergo patet quod Aristoteles et Theophrastus et Themistius et ipse Plato non habuerunt pro principio, quod intellectus possibilis sit unus in omnibus. Patet etiam quod Averroes perverse refert sententiam Themistii et Theophrasti de intellectu possibili et agente. Unde merito supradiximus eum philosophiae peripateticae perversorem. Unde mirum est quomodo aliqui, solum commentum Averrois videntes, pronuntiare praesumunt, quod ipse dicit, hoc sensisse omnes philosophos Graecos et Arabes, praeter Latinos.

Source: Themistius, *De An. Par.,* VI [CG V, 103.33-35].

Responsio (vel Declaratio) ad XLII art. ad magistrum Ordinis

[1] *Responsio ad Magistrum Jo. de Vercellis, De Art. XLII,* 5

His respondeo, quod philosophi tam platonici quam peripatetici hoc [sc. Angelos esse motores corporum caelestium] probare conati sunt rationibus quas efficaces putaverunt:1 et eorum rationes fundantur super praedicto rerum ordine, quod scilicet Deus inferiora per superiora regit,2 ut etiam sancti Doctores tradunt.

Source: 1. Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 14 [E 529]; Boethius, *In Isag., ed.sec.,* II, 5 [CSEL 48, 185.21-22]; III, 4 [CSEL 48, 209. 1-2]; IV, 6 [CSEL 48, 257.9-10]; 7 [CSEL 48, 259.19-21]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* XIII, 16 [E].

2. Nemesius, *De Nat. Horn.,* 44 [PG 40, 793; 796]; Proclus, *Elemental™ Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 129 [V 501-502]; *Prop.* 141 [V 506].

|2J *Responsio ad Magistrum Jo. de Vercellis, De Art. XL11,* 15

Quintus decimus articulus est, an Angelus habeat virtutem infinitam inferius.

Ad quod dicendum, quod hoc potest capi dupliciter. Uno modo quod virtus Angeli non sit comprehensibilis ab aliquo inferiorum; et hoc modo inducitur in libro de causis, et a philosophis Platonicis: et Dionysius dicit, 6 cap. caelestis Hierarchiae: 'Quot quidem sunt et quales supercaelestium substantiarum ornatus, et qualiter secundum ipsas hierarchiae perficiuntur, solam manifeste scire dico deificam ipsarum hierarchiam; praeterea et ipsas cognovisse proprias virtutes et illuminationes, et ipsorum sanctam et supermundanam bonam ordinationem.' Impossibile est enim nos scire supercaelestium mentium ministeria. Hoc enim dicitur esse unicuique infinitum quod est ei incomprehensibile.

Source: *Liber De Causis,* 15 [B 178.1]. See St. Thomas' comment, *In L. De Causis,* 16, *c. med.;* Proclus, *Elementado Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 93 [V 299].

Responsio ad lectorem Bisenlinum de art. VI

No text.

Responsio de art. XXXVI ad lectorem Venetum

No text.

Compendium Theologiae ad Fr. Reginaldum

[1] *Comp. Th.,* 83

Inde manifestum fit quod scientia rerum in intellectu nostro non causatur per participationem aut influxum aliquarum formarum actu intelligibilium per se subsistentium, sicut Platonici posuerunt,1... Necesse est igitur ponere alium intellectum, qui species intelligibiles in potentia faciat intelligibiles actu, sicut lumen facit colores visibiles potentia, esse visibiles actu; et hunc dicimus intellectum agentem: quem ponere non esset necesse, si formae rerum essent intelligibiles actu sicut Platonici posuerunt.2

Source: 1. See *Source* 2 under *S. T.* [56].
2. For St. Thomas this is a simple inference from the immateriality of the Forms. See *S.T.* [49].

De substantiis separatis, sive de natura Angelorum

[1] *De Sub. Sep.,* 1 [P 4-7]; 2 [P 8]

Unde Plato suflicientiori via processit ad opinionem priorum Naturalium evacuandam. Cum apud antiquos Naturales poneretur ab hominibus certam rerum veritatem sciri non posse, tum propter rerum corporalium continuum defluxum,1 tum propter deceptionem sensuum

quibus corpora cognoscuntur,[2] posuit naturas quasdam a natura fluxibilium rerum separatas, in quibus esset veritas fixa; et sic cis inhaerendo anima nostra cognosceret veritatem.[3] Unde secundum hoc quod intellectus veritatem cognoscens aliqua seorsum apprehendit praeter naturam sensibilium rerum, sic existimavit esse aliqua a sensibilibus separata.

Intellectus autem noster duplici abstractione utitur circa intelligentiam veritatis. Una quidem secundum quod apprehendit numeros mathematicos et magnitudines et figuras mathematicas sine materiae sensibilis intellectu; non enim intelligendo binarium aut ternarium, aut lineam et superficiem, aut triangulum et quadratum, simul in nostra apprehensione quid cadit quod pertineat ad calidum et frigidum aut aliquid hujusmodi quod sensu percipi possit. Alia autem abstractione utitur intellectus noster intelligendo aliquid universale absque consideratione alicujus particularis, puta cum intelligimus hominem nihil intelligentes de Socrate aut Platone aut alio quocumque; et idem apparet in aliis.

Unde Plato duo genera rerum a sensibilibus abstracta ponebat, scilicet mathematica et universalia, quae species seu ideas nominabat. Inter quae tamen haec differentia videbatur quod in mathematicis apprehendere possumus plura unius speciei, puta duas lineas aequales vel duos triangulos aequilateros et aequales; quod in speciebus omnino esse non potest, sed homo in universali acceptus secundum speciem est unus tantum. Sic igitur mathematica ponebat media inter species seu ideas et sensibilia; quae quidem cum sensibilibus conveniunt in hoc quod plura in eadem specie continentur, cum speciebus autem in hoc quod sunt a materia sensibili separata.[4] In ipsis etiam speciebus ordinem quemdam ponebat, quia secundum quod erat aliquid simplicius in intellectu secundum hoc prius erat in ordine rerum.[8] Id enim quod primo est in intellectu est unum et bonum. Nihil enim intelligit qui non intelligit unum; unum autem et bonum se consequuntur. Unde ipsam primam ideam unius, quod nominabat secundum se unum et secundum se bonum, primum rerum principium esse ponebat et hanc summum bonum esse dicebat.[8] Sub hoc autem uno diversos ordines participantium et participatorum instituebat in substantiis a materia separatis;[7] quos quidem omnes ordines deos secundos esse dicebat,[8] quasi unitates quasdam subsistentes post primam simplicem unitatem.[9]

Rursus, quia sicut omnes aliae species participant uno,[10] ita etiam oportet quod intellectus ad hoc quod intelligat participet entium speciebus.[11] Ideo sicut sub summo Deo, qui est unitas prima, simplex et imparticipata,[12] sunt aliae rerum species quae unitates secundae[9] et dii secundi sunt,[8] ita sub ordine harum specierum seu unitatum ponebat ordinem intellectuum separatorum, qui participant praedictas species ad hoc quod sint intelligentes in actu;[13] inter quos tanto unusquisque est superior quanto propinquior est primo intellectui qui plenam habebat participationem specierum,[14] sicut et in diis sive imitatibus tanto unusquisque est superior quanto perfectius participat unitate prima.[18] Separando autem intellectum a diis non excludebat quin dii essent intelligentes, sed volebat quod superintellectualiter intelligerent, non quidem quasi participantes aliquas species sed per se ipsos,[18] ita tamen quod nullus eorum esset bonus et unum nisi per participationem primi unius et boni.[17]

Rursus, quia animas quasdam intelligentes videmus, non autem convenit hoc animae ex hoc quod est anima, alioquin sequeretur quod omnis anima esset immaterialis et quod anima secundum id totum quod est esset intclligcns; ponebat ulterius quod secundum ordinem intellectuum separatorum esset ordo animarum, quarum quaedam, videlicet superiores, participant intellectuali virtute, infimae vero ab hac virtute deficiunt.[18]

Rursus, quia corpora non videmus per se moveri nisi sint animata, hoc ipsum quod per se est moveri dicebat corporibus accidere inquantum participabant animam; nam illa corpora quae ab animae participatione deficiunt non moventur nisi ab alio. Unde ponebat animabus proprium esse quod se ipsas moverent secundum se ipsas.[19]

Sic ergo sub ordine animarum ponebat ordinem corporum; ita tamen quod supremum corporum, scilicet primum coelum quod proprio motu movetur participat motum a suprema anima, et sic deinceps usque ad infimum coelestium corporum.[20] Sub his autem ponebant Platonici et alia immortalia corpora quae perpetuas animas participant, scilicet aerea vel aetherea. Horum autem quaedam ponebant a terrenis corporibus esse penitus absoluta, quae dicebant esse corpora daemonum; quaedam vero terrenis corporibus indita, quod pertinet ad animas hominum.[21] Non enim ponebant hoc corpus terrenum humanum, quod palpamus et videmus, immediate participare animam, sed esse aliud corpus superius animae incorruptibile et perpetuum, sicut et ipsa anima incorruptibilis est;[22] ita quod anima cum suo perpetuo invisibili corpore est in hoc corpore grossiori non sicut forma in materia, sed sicut nauta in navi.[23] Et sicut quosdam hominum dicebant esse bonos, quosdam autem malos, ita et daemonum. Animas autem coelestes et intellectus separatos et deos omnes dicebant esse bonos.[24]

Sic igitur patet quod inter nos et summum Deum quatuor ordines ponebant, scilicet deorum secundorum, intellectuum separatorum, animarum coelestium et daemonum bonorum seu malorum. Quae, si vera essent, omnes hujusmodi medii ordines apud nos Angelorum nomine censerentur; nam et daemones in sacra Scriptura Angeli nominantur, Matth. xxii. Ipsae tamen coelestium animae corporum, si tamen sint animata, inter Angelos sunt connumerandae, ut Augustinus definit in Enchiridion.

Hujus autem positionis radix invenitur efficaciam non habere. Non enim necesse est ut ea quae intellectus separatim intelligit, separatim esse ea in rerum natura; unde nec universalia oportet separata ponere subsistentia praeter singularia, nec etiam mathematica praeter sensibilia, quia universalia sunt essentiae ipsorum particularium et mathematica sunt terminationes quaedam sensibilium corporum. Et ideo Aristoteles manifestiori et certiori via processit ad investigandum substantias separatas a materia, scilicet per viam motus.

Source: 1. Aristotle, *Mela.,* I, 6 [987b 1-18].
2. *Ibid.,* IV, 5 [1009a 38 - 1009b 33].
3. *Ibid.,* I, 6 [987b 1-14].
4. *Ibid.,* I, 6 [987b 14-18],
5. This is an application of the principle of correspondence.
6. Aristotle, *Eth.,* I, 6 [1096a 22-23; 1096a 35 - b 3]; Boethius, *DeCon. Phil.,* Ill, *Prosa* X [F 90.127-137]; *Prosa* XI [F91-95];

Macrobius, *In Som. Scip.,* I, 2, 13-14 [E 471.9-12]; 1, 6, 7-8 [E 486.1-14]; St. Augustine, *De Civ. Dei,* VIII, 6 [A-C]; 8 [F]; Dionysius, *De Div. Nom.,* 4, 1 [P 95]; 5, 1 [P 257]; 5, 3 [P 259-260]; 13, 2 [P 439-444]; Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Props.* 12-13 [V 269-270].

7. Proclus, *Elementatio Theologica,* interp. Moer., *Prop.* 63 [V 288-289]; *Prop.* 129 [V 501-502]; *Prop.* 139 [V 505],
